℞. maſſæ pilular. aſſaiaret *quæ ab Auicenn. deſcribuntur, quæ ex aloe non modò conſtant, ſed etiam ex mirabolanis, ſi ſola exhibeantur poſt leuem cœnam in ingreſſu lecti aſſumi debent, quia leuiore purgandi facultate ex cerebro nequeunt trahere, niſi longiorem in corpore trahant moram Maſſæ pilul. de agarico quæ ex ſcammoneo conſtant, vt potentius educant pituitam lentam adiungendæ ſunt. Si verò ex oculis deducere voles horũ loco addes pilulas lucis maiores an.ʒ.ß. formentur cum aq. beton. Si ex cerebro & ſaluiæ. In paraliſi primulæ veris, ex oculis cũ aq. fœnic Ex thorace & pulmone cum aq. capil. ven Ex ventriculo cum aq. abſint. aut menthæ. Ex hepate cum aq. endiuiæ aut cicoreï.*


SCD Lyon 1

*Ex ſplene cum aq. ſcolopend. Ex vtero cũ aq. artimiſiæ, Ex veſica & renibus cum aq. alkekengi* formentur pil. v. quas deglutiat poſt primum ſomnum recta vitæ lege inſtituta.

## CAPVT V.

### *De electuariis.*

IN forma electuariorum ſolida, quas tabellas vel teſſeras appellant, interdum minorare conuenit. In his quibus alia medicamentorum forma diſplicet, vt etiam ſint accommodatiora iis quibus pecuniæ parcendum ſit, & labori pharmacopœorum, in officinis ſemper reſeruata; quorum materias in commentar. de componendor. medicamentor. ratione exacte tractatur. Ea autem veluti catapotia dum in ſtomacho aliquandiu morantur humores non mediocriter euacuant, & maxime quia ex ſcammoneo & diagridio & aliis vehementioribus medicamentis conſtent.



SCD Lyon 1

*Electuarium ſolidum in morbis calidis euacuans & ſeroſa minuens*

℞ electuar. de ſucco roſ. ʒ. iij. vel ℥ ß ſumat mane, vel horis quinque ante cibum.

*In morbis frigidis pituitam euacuans.*

℞. elect. diacarthami ʒ iij. vel ℥ß ſumat mane horis quinque ante cibum.

*Ad bilem & pituitam.*

℞. elect. de citro ſolut. ʒ iij. vel ℥ ß ſumat mane horis v. ante cibum.

## CAPVT IV.

### *De bolo.*

INterdum vtiliter præſcribuntur in forma boli medicamenta minorando purgantia. Ex his quædam leuiora, quædam verò vehementiora conſuluntur. Leuiora optimè exhibentur in morbis qui in renibus & veſica exiſtunt, vt in morbis thoracis & pul-

SCD Lyon 1

monum: vt plurimum eorum materiæ ex caſſia fiſtulari cum pulpa aliquorum fructuum conſtant.

*Bolus in morbis calidis bilem euacuans, ardorem reſtringens, modo in ventriculo nulla conſiſtat aqua, pituita & mucoſa, aluiq; fluxus non immineat vel præſens ſit.*

℞.flor.caſſiæ recenter extractæ ℥. j. vel ʒ. x. *vt in ardore vrinæ, vlcere veſicæ, calculo renum, veſicæ, & affectibus pectoris & pulmonum à caliditate excitatis, huic addere poteris pulpæ ſebeſten, vel paſſularum bene pinguium & dulcium, ſi magis purgare quàm lenire volueris* pulpæ thamarindor.ʒ.ii. Sacchari albiſſimi modicum. Miſce, fiat bolus quem capiat per ſe. *Si ex eodem potionem conficere voles, diſſolue in aquis violarum vel capil. ven.* ſumat per horam ante cibum.

Boli ex caſſia confecti, accommodati ſemper erunt omni ardori, reſtringendo, ſimul ac in aliis affectibus, vti diximus, leniendo: proderunt tam pueris quàm grandioribus, tum prægnantibus ſine vllo incómodo vtiliter exhiberi poterunt. Sed quia caſſia ex humiditate ſua largiore flatus ge-



SCD Lyon 1

nerando ventriculum offendit ac lædit, itaque cum vel imbecilliorem, vel plus æquo humidum reddat, pulueris ſeminis aniſi parum medici vtiliter permiſcent, ſatius tamen cum fumo decoctionis ſeminis aniſi intimam caſsiæ pulpam extrahere conduceret. Addunt præterea ad diſcutiendos flatus, & ſuperfluam eius humiditatem corrigendam, pulueris tartari parum, ſed præter rationem, nam etſi exîmia ſiccitate ſummam humiditatem ſummoueat, tamen quodam incendio vellicat ventriculum, ad id quod ægri aſſumere abhorrent. Item quia in ardore vrinæ & lenire & refrigerare ſtudemus, caſſiæ pulpam extrahimus cum aqua violarum. Eandem etiam caſſiam cum aliis medicamentis purgantibus, pro iis ſcopis ſanationi accommodatis, admiſcemus: vt caſſiæ ad drach. vi. pulueris rhabarb. electi ad drach. ii. cum bilem educere volumus. Exinde aſtrictione quadam à rhabarbar. relicto ad confirmandum ventriculi robur, nec non etiam cum pertimeſcimus de alui quodam imminente fluxu iam concitato. Si verò volueris bilioſa magis expurgare minuendo caſſiã ad ʒ. vi. pulueris electuarii è ſucco roſ. ʒ. ii. adiiciemus, ſed poſt aſſumptionem boli deuorati cibum longius differre expediet ad tres aut ſaltem quatuor horas, propter ſcam-
SCD Lyon 1

moneati medicamenti admixtionem, quæ vt in alimentum abeat non eſt ſperandum. Manna, mel aereum Græcorum: in locis, in quibus colligitur, vt in Italia & apud Allobrogas, Brianſon in Delphinatu, & oppidis propinquis Prouinciæ, quando ſitum non contraxit, ob eius aëream naturam à putredinis vitio vix vindicatur, ideo in purgando inefficax, recens vſurpatur in morbis bilioſis & in affectibus pulmonum, nephritide & veſicæ vlceribus ab ℥ j. ß. ad ℥ ij. deuoranda & mandenda exhibetur per horam ante cibum per ſe vel cum decocto pulli.

## *Bolus bilem vehementius educens in morbis calidis.*

℞ catholic ʒ vj. *robuſtioribus* ad ℥ j. electuar. de ſucco roſ. vel de citro ſolut. *imbecillioribus* ʒ j ß *robuſtioribus* ʒ ij. cum ſaccharo per ſe fiat bolus, *vel diſſolue in aquis pro affectibus ventriculi, portulacæ vel abſinthij, nam omnia amara colluuiem ventriculi expurgant, & ſua frigiditate affectui calido obluctantur.* Miſce, fiat bolus, ſumat mane tribus aut quatuor horis ante cibum.

## *Bolus qui præſcribitur affectibus frigidis à pituita natis.*

℞. ca-

SCD Lyon 1

℞.catholici ℥ß vel ʒ. vj. *in debilioribus, in robuſtioribus* ℥j. *& quibus aluus eſt admodum tarda* diaphœnici ʒj. ß. interdum ʒij. *vbi eſt multa pituita eadeque lenta in lõginquis partibus diſſita, agricolis & firmis corporibus ad* ʒ *iij. ſedrarũ eſſe debet & cũ magna cautione ne forte ex minuẽte catharticũ eradicatiuũ efficias.* Miſce, fiat bolus quẽ capiat per ſe, *vel diſſoluẽdo in aquis pro affectibus capitis betonicæ, oculorũ fœniculi, pro corde & pulmone borraginis, praſſii, hyſſopi, tuſſilaginis, pro ventriculo, mentæ, abſinthij, pro hepate eupatorij, pro ſpene ſcolopend. pro renibus & veſica halicacabi pro vtero artemiſiæ, nepetæ, pro dolore articulorum, qui ſæpius à pituita oritur, cum aqua iuæ artriticæ.*

## *Bolus ad Melancholica & Nigra educenda interdum neceſſarius eſt ſed magis diluta potio.*

Hunc dare conueniet in his affectibus Melancholicis quos humefacere ſemper conuenit, conſtabit tamen hic bolus ex ſolida materia, vel diluetur vt ſuperiores cum aq. ſtillatitiis.

Acc. Cathol. ʒ vj. *etſi medicamẽtũ ad omnes humores ſit deſtinatũ purgandos, tamẽ præcipue ad craſſos & melancholicos adhibetur* vel ℥j. vel ʒ.x., *er ſe vel miſcetur eadem menſura cum aliis ſeqnẽtibus medicamentis* ab ℥ß. ad ʒ vj.

SCD Lyon 1

Confect. hamech ℥ ij *præſertim nigra potenter euacuat*, cum ſaccharo fiat bolus, quem capiat hoc modo vel diſſoluendo, quod longè melius, cum aquis Borrag. & fum. *Ea enim exuſtum ſanguinem eluit* ſcolopend. *Cum mali origo in ſplene conſiſtit*, harum omnium quantum ſufficit, miſce, ſumat dé mane quatuor horis ante cibum.

## CAPVT VII.
### *De potionibus.*

PRopomata ſeu potiones medicamentoſę quæ minuendo vel purgando aptæ & accommodatæ ſunt in affectibus ſiccis cum biliofis, tum præſertim melancholicis, vtiles erunt: & iis quibus interdum te obſequioſum præſtare conuenit, cum ab aliis medicamentorum formis abhorrent. nam ex hipp. facilius eſt impleri potu quàm cibo, ideo liquida medicamēta facilius & gratius à multis aſſumuntur, & eo tum magis fuerit neceſſarium, cum non tam ex longinquis partibus quàm ex propinquioribus viis humores noxios ducere expedit. Ea ergo medicamenta quæ minorando valent duplicia exiſtunt: quædam leuiora & delicatis familiaria, veluti domi nobiſcum nata & parata: quæ velut ex alimenti materia conſtant & quibuſdam medicamentis purgantibus & leuio-

SCD Lyon 1

leuioribus & mediocribus.

*Potio purgans minuendo bilem in propinquis viis ſequi paratam.*

Acc. decocti pulli recentis ℥. vj. aut viii. *Nam huius decocti quantitatem alienum non eſt adaugere quòd naturæ & ſubſtantiæ noſtræ ſit familiare, vim eluendi & attemperandi obtinet*, diſſolue Mannæ granatæ & recentis ℥. ii. In affectib. Thorac. & pulmon. ſalubre medicamentum. Si paulo magis refrigerare voles, cum ventriculus largiore humiditate exolutus non eſt, caſſiæ pulpam recentem in eadem colatura diſſolues, ſed illa plerumque ingrata eſt: cum mediocri purgante medicamento bilem educere expediet, Rhab. ʒ. j. in pueris & prægnãtibus: aliis verò ad ʒ ii, cum cinamomi vel ſpic. Nard. momẽto ad grana iii. à ℈. ſ. Miſcebis cum eadem decoctione: priora exhibeantur per horã ante cibũ, poſterius medicamẽtum tribus aut quatuor ante horis propinare vtile erit; ſi nõ ſolum biliosa ſed adusta, aquas & pituitam exigere tentes, incoques cum pullo recẽti, polipod. quercini recent. fol. ſennæ oriental. mundat. Medullæ ſem. Carthami an. ℥. ſ. imbecillioribus, robuſtioribus à ʒ. vi. ad ℥ j. ad corrigendos flatus, qui excitantur à ſenna, addere poteris ſem. Aniſi ʒ. j. aut ℈. iiii. Ex quorum decoctione

SCD Lyon 1

ad ℥ viij propinandum dabis tribus horis ante cibum, ſic pituitam Muccoſam ex pulmonibus, & quædam aduſta purgare ſi voles, *vt in aſthmate, hoc parabis.* Acc. gallum antiquum diu multúmq; antea motum & verberibus fatigatum ſine eſca & potu per triduum detentum, *vt eo magis nitroſa facultate aluum ſubiiciendi vim habeat*, poſtea coques in aqua pluuiali aut altera tenuiori cũ prius infarciẽdo ſequentibus: polipod. Querc. Recent. Medull. Sem. carth. Leuiter contuſę an. ℥j Si plus in robuſtis purgare voles addes ℥j. ſ. paſſul. mũdat. par. viij. hordei mũd. p. j. decoctio fiat perfecta ex cuius expreſſione ſumat ℥. viij. tribus aut quatuor horis ante cibum.

Potiones medicamentoſę quę minuendo purgant, fiunt ex aliis medicamentis paulo vehementioribus, & in officinis reſeruatis, quæ conſtant interdum ex varia medicamẽtorũ mixtione, in decoctione: & accommodatis purgantibus, in affectibus calidis, bilioſis & in affectibus pituitoſis & melancholicis, interdum vt & pharmacopœis parcas & dare promptum ſit: ſufficiet diluere cum aquis ſtillatitiis ſemper in pharmacopeor. Officinis reſeruatis.

SCD Lyon 1

purgantibus quæ bilem exigunt.

Acc. glycirrhizæ raſæ & parum contuſæ ℥.ſ. *Minor modus & menſura eſſe debet quam in decoctis & apozematis, quia vna vice medicamentum hoc propinamus*, prunor. dulciũ, paſſular. mund. an. par. vj. quatuor. ſem. frig. maiorum an. ʒ.j. hordei mundati p.ſ. Tamarind. ℥.ſ. *Bilem euacuant clementer citra vllam caliditatem* trium flor. Cord. an. p.j. *Omnium horum ferè eſt æqua quantitas, vt in apozematis, quia vires habent tenues & quæ facilè exolui poſſunt, niſi eadem mole & quantitate reſarcias*, fiat decoctio, de colatura cape ℥ iii. in qua diſſol. Caſſ. recent. extractæ ʒ. vj. diapr. ſol. ʒ. ii. ſyrup. roſar. ſol. & violacei an. ℥.ſ. capiat mane tribus aut quatuor horis ante cibum cum probo vitæ regimine.

*Potio purgans minuendo, quæ bilem eodem modo educere valet vel cum aquis ſtillatitiis.*

Acc. caſſ rec. extrac. ʒ. vi. *Cum Rhabarbarũ addere volueris, in principio addatur modo non ſit febris putrida, quæ ex obſtructione oritur, nã plus obſtruit & eo tempore plurimum nocet ſcie exhibitum in tota ſubſtantia. Magis etiam in expreſſione, diluta enim eius portio extracta aſtricta retinet ſeminaria, ideo nõ vſurpatur niſi cum de magnis obſtructionibus ſuſpiciõ nulla eſt,*



SCD Lyon 1

hoc modo Rhabarbari optimi infuſi in aqua end. & pauco vino albo, deinde expreſſi ʒ.j. *vt infantibus & aliqua occaſione exolutis*. magis robuſti ʒ.j.ſ. ſpic. nard. vel cinam. eodem modo præparati gran.iij. aut iiij. elect. è ſucco roſ. cum caſſia vel rhabarb. addere poteris in imbecillioribus à ʒ j. ad ʒ j.ſ. in robuſtioribꝰ ad ʒ iij. aquar. Acetoſ. & Cichor. an. q.ſ. Miſce, fiat potio, quam ſumat mane quatuor horis ante cibum. cum bono vitæ regimine.

*Potio quæ minuendo purgat pituitoſa & craſſa cum decoctione ex multis medicamentis parata, quæ promouet, purgat vias obſtructas aperiendo, dilatando & ſimul exſiccando, ac pituitam craſſam extenuando, vt facilis ſit euacuando & prompta ex medicamentis phlegmagogis.*

Acc. glycirrhizæ raſæ & parum contuſæ, rad. enul. camp. *hæc ſiquidem amarore valet expurgando, vt pituitam in medio venarum & arteriarum expurget, poros & vias humorum fluxioni aptas aperiat & dilatet* an. ℥.ſ. paſſul. mund. par. viii. ſem. aniſi & fœnic. *pituitam extenuando expulſioni facilem reddunt* an. ʒ.j. medul. ſem. carth. ℥.ſ. *pituitam & aquas clementer educit*, flor. ſtœchad. & roriſmar. an. p. j. *vt eandem pituitam à cerebro, in quo multa exundat,*

SCD Lyon 1

*exundat, ſua vi propria & accommodata reliqua medicamenta purgantia educat*, fiat decoctio, de colatura cape ℥. iiij. in qua diſſol. cathol. ℥. ſ. diaphœn. ʒ. ij. Syrup. cap. ven. ℥. j. mellis roſ. colat. ℥. ſ. *quia ſemper purgat mucoſa & pituitoſa*, miſce, fiat potio quàm ſumat mane in aurora quatuor horis ante cibum cum bono vitæ regimine.

*Potio purgans quæ minuendo valet ad pituitam euocandam cum ſtillatitiis aquis parata.*

Acc. cathol. ʒ. vj. diacarth. ʒ. ij. *vel cum pituitam craſſam expurgare voles & bilem vitellinam: nam bilem minus, pituitam magis euacuat.* aquar. Beton. & cap. ven. an. ℥. j. ſ. vt ſit quantitas medicatæ potionis an. ℥. ij. ſi verò arbitrio pharmacopœi an. q. ſ. quæ eadem hora aſſumatur.

*Potio purgans minuendo melancholiam nigram & aduſtam, ex decoctione variorum medicamentorum, quæ humori melancholico propria ſunt, & ſpiritus ab omni caligine emendant, flatus diſcutiunt ex medicamentis melagogis.*

Acc. Bugl. & Borrag. cum radicib. an. m. j. paſſularum mundatarum par. viii. ſem. aniſi & fœnic. an. ʒ. j. ſ. *quia multis flatibus abun-*



SCD Lyon 1

*dant & humor eſt craſſus & terreus, hiſce ſeminib. extenuando ad excretionem promouetur,* hordei mundati *etſi refrigeret, abſtergendo tamen proficit & ſua humiditate non viſcida humores ſiccos ad expulſionem idoneos efficit* p. j. polipod. querc. & fol. ſennæ orient. vel Epithimi ſi ſennam non addas an. ℥. ſ. trium flor. cor. an. p. j. fiat decoctio: de colatura cape ℥. iiij. in qua diſſol. Cathol. ʒ. vi. confect. hamech ʒ. ii. ſyrup. de Bugloſſ. vel Scolop. ℥. j vel ß. Miſce, fiat potio quam ſumat in aurora ante cibum quatuor horis.

*Potio purgans minuendo Melancholiam nigram & aduſtam.*

Acc. Cathol. ʒ. vi. confect. hamech. vel diaſen. ſolut. ʒ. ii. aquar. borrag. & ſcolop. an. ℥. ii. Miſce, fiat potio quam ſumat mane quatuor horis ante cibum.

## CAPVT VIII.

### *De pulueribus.*

VT in præparandis prædictis potionibus liquidis & medicamentoſis varia aptauimus, eadem vſurpamus ad pulueres parandos. Nam ſimiliter fiunt ex medicamentis proprium humorem educentibus, permixtis aliis quæ vim habeant promouendi actio-



SCD Lyon 1

ctionem purgandi. Delicatis, plerunque talia ſumenda, & diluimus cum iuſculo pulli, aut decoctione cicerum rubror. vel cum aquis ſtillatitiis ad varios ſanationis ſcopos accommodatis: ſed re vera horum vſus eſt rarus, nec tantopere neceſſarius, quia pulueres tenuiſſimi nō probe per aluum humores exigere valent, ſed potius in vrinæ vias illabuntur & perfluunt, ideo Gal. lib. de tuenda valet. cum diacalamynthes compoſitionem iubet propinari ad aluum ſubducendam, ait ad eam non admodum conferre, ſed ad vrinam ducendam. Cæterum ne officio deeſſe videamur nihil omittemus quod pertineat ad eas medicamentorum formas præſcribendas.

## *Puluis diluendus cum aliquo liquore ad bilem educendam.*

Acc. Rhab. in pulu. redact. ℥. ij. *non valde tenuem, cum laxando aſtringere cupis, ſi verò plus mouere aluum voles, in tenuem magis*, ſpicæ nardi vel cinam. elect. vel ſtœcados ℈. ſ. Redigantur in pulu. & cum Iuſculo pulli vel decoctione cicer. Rubror. ad ℥ iiii. Miſceantur, de mane tribus aut quatuor horis ante cibū potionem dabis dum morbus magnopere caliditate, æſtuat. Tamarindi etſi in puluerē redigi non poſſint, illorum pulpa permiſcer



SCD Lyon 1

bitur cum illis iam dictis liquoribus ab ℥. j. ſ. ad ℥. ij. addendo pulu. cynam. ℈. ſ. non tam ad promouendam eius actionem, quam ad ſaporis gratiam conficiendam, quia tamarindor. pulpa diſſoluta magis eſt ingrata, item myrabol. citreæ præſcribi vtiliter poterunt, cùm volumus cum aſtrictione euacuare in morbis à bile natis, hoc modo,

Acc. Mirabol. citrinar. ʒ. iij. vel ℥. ſ. redigantur in pulu. & cum iuſculo pulli excipiantur ad ℥. iiij. dabis mane tribus aut quatuor horis ante cibum.

Porro quidam propinant ſcammon. aut diagridij grana aliquot in iuſculis vel cum pomo exhibita, tametſi illorum vſus ſit periculoſus, ne dicam temerarius, ideo conſulto prætermittendus.

*Puluis ad pituitam educendam in morbis frigidis, conſtat interdum ex leuioribus medicamentis phlegmagogis, interdum ex vehementioribus.*

Acc. turpeti electi ʒ. i. Quidam audent dare ʒ. ij. zinziberis ℈. j. redig. in puluer. qui iuſculo pulli excipiatur vel in decoctione cicerum rubror. ad. ℥. iiij ſumat mane quatuor horis ante cibum. Cæterum quia turpetum

SCD Lyon 1

petum non eſt verum aut legitimum, ſed eſulæ quædam ſpecies, aut eius loco radicem Thapſiæ ſubſtituunt, periculoſum eſt dare. Eius ἀντιβαλλόμενον ad hanc medicinam ex vſu eſſe poterit, agarici in paſtillos formati recenter ℨ ij. quas iiſdem liquoribus ſolum propinare conuenit, cùm inſtantis vomitus ſuſpicio nulla eſt, aut is qui adſumit non eſt ad vomendum facilis: & cum aquis ſtillatitiis diluere hos pulueres poteris, modò non diſpliceant ægroto: in morbis calidis cum endiuiæ aqua vel cichorii: in lumbricis enecandiscum aqua portulacę, acetoſæ: in morbis frigidis cum aqua betonicæ, abſynthii, Artimiſiæ, ſcolopendriæ.

*Puluis qui vtiliter præſcribitur iis quibus volumus feroſa, aduſta & pituitoſa ſimul repurgare pro familiari medicamento.*

Acc. polipod. querc. recent. fol. ſennæ orient. mund. ſem. cartham. leuiter cōtuſi, imbecillioribus an. ℥. ß. robuſtis ad ℨ. vj. & ℥. j. ſem. aniſi, fœnic. an. ℨ j. interdum confert vt minuas quantitatem ad ℨ. ſ. & vt melius procedat purgatio, cina. puluerē ad ℈ j. adiiciūt,



SCD Lyon 1

redigantur omnia in puluerem ſecundum artem, qui poſtea excipiatur Iuſculo pulli aut decoctione cicerũ rubror. vel aquis ſtillatitiis, mane tribus aut quatuor horis ante cibum. Notandum interdum conferre in affectib. ſoporiferis, vt in Apoplexia, Lethargo, Caro, Catapotia, ad promptè ſubducendam eam materiam quæ ſuperabundat, & in mora periculum eſt, dum à tam longinqua parte euacuare oportet, ſed propter obliuionem & mentis hebetudinem deuorare ægri non poſſunt, vel quia os concluſum habent, conducet dicta catapotia, velut pillul. de Agaric.& cochiar.an.ʒ.ſ. diluere& diſſoluere cum aliquo liquore: vel cum aqua Betocæ, primulæ veris,& eas diſſolutas bibendas dare: nam facilius adhibẽtur, & in ventriculum eorum præterfluũt liberius, ægro etiam non impellente; præterea, hoc modo proficiunt plus & iuuant, diſſoluta liquidis, quod amarore magis imbuant linguam, & ex hac moleſtia ægri ſtupore & ſopore obruti excitantur.

## CAPVT IX.

### *De ſanguinis miſsione.*

PEracta purgatione quæ minorando initio fit per varia remediór. genera antea tradita, cum ſanguinem mittendi ſcopus



SCD Lyon 1

erit in diem ſequentem, mane hora vj. aut vij. omnibus conſentientibus venam ſecare expediet; vbi epotum fuerit medicamentum euacuans non eadem die venam ſecare bonum eſt, vacuationem enim vacuationi ſuperaddere periculoſum: ſi verò enema fuerit iniectum mane, vt in magna pleuritide & inflammatione interna, etiam à meridie hora tertia eadem die phlebotomiam inſtituere bonum erit, in talibus enim tardare malum eſt. Ita phlebotomia erit inſtituenda in his morbis in quibus eſt plethora vt in febribus Synochis, inflammationibus internis etiam vſque ad largam ſanguinis miſſionem, modò nihil diſſuadeat, vt ſi præſens ſit morſus oris ventriculi, vel immoderata aliqua vacuatio præceſſerit, quæ vires conuellere potuerit, vel ſi nocte antecedente largus ſudor profuſus fuerit per vniuerſum corpus à ſanguinis miſſione deſiſtendum erit mane, & erit differendum ad horam tertiam poſt meridiem, vel in diem ſequentem. Cæterum non ſolùm in morbis à ſanguinis copia venam tundere expedit, ſed & cum ab alio humore excitatur, qui non longè à ſanguinis natura recedit, indicio erit vrina perrubra & ſpiſſa: ſecus ſi fuerit tenuis & citrina, caue ne audentior fueris in ſanguine mittendo. Sanguis ergo mittẽdus erit propter hos ſco-

SCD Lyon 1

pos, vel ob euacuationem, vt in ſynocho febre & ſimilibus, vel propter reuulſionẽ, quæ quædam eſt euacuatio circa initia inflãmationum, fiátq; per diſtantiſſima loca & κατ' ἴξιν ſecundum rectitudinẽ, item fiat in doloribus, caſu ab alto, dũ metus pẽdet inflãmationis, vel ad feruorẽ ſanguinis, aut aliorũ humorũ, reprimendũ, ad euẽtilationem quoq; vt in febrib. tertianis & ardentibus, ſed parciori copia, tũc ſanguis detrahẽdus erit, vſq; ad ℥ iij. ne vberiore euacuato bilis immodicè ferueat, vel ad explorandũ & tentandũ; vt in elephanticis & ſicut Gal. in melãcholicis affectib. fieri præcipit, vt ſi ſanguis qui primo erumpit ruber fuerit & flauus ac tenuis ilico ſiſtatur; quòd ſi niger & craſſus fuerit, tãtum ſanguinis demẽdũ eſſe quãtũ & vires & morbus poſtulãt, conſulto admonet. Circa verò morborũ principia, venæ ſectionẽ non vltra quartũ diẽ morbi adminiſtrãdã eſſe permulti autumãt, in eo tamen termino præſcripto coactè cõſiſtendũ nõ eſt, vbicũq; enim ſanguinis mittendi ſcopus ſe obtulerit, vlterius etiã poſt quartũ diẽ ſanguinẽ mittere cõfert ex Hip. imitatione, in pleuritide Anaxionis lib. 3. Epid. Præterea in feb. tertianis intermittentibus, & aliquot affectib. Melanchol. quia & bilis & humor melãch. cum circa primos dies non ſit bene permixtus & confuſus

cum

SCD Lyon 1

cum ſanguine, interuallo poſtea dierum lõgiore lõgè melius cum eo permiſcetur, ideo facilius euacuatur poſt quartã diem & quartã acceſſionem in tertiana intermittente. In bilioſis morbis & naturis quibus rara eſt textura vena anguſto foramine aperiẽda & minus de ſang. detrahendum, ne ex tenui illorũ ſubſtãtia nõ exigua fiat ſpirituum diſſipatio, & tãdem virium deiectio: in craſſis & melancholicis amplius & patentius venæ foramen faciendum erit, vt ſanguis, qui craſſior eſt, liberiùs exeat. Nõnunquã cõtingit ſanguinẽ nullo modo fluere, vt cum metu percellitur æger, vnde circa venę tuſę foramẽ in grumũ coit, ideo tunc globulũ fermenti ſupra venã tuſam apponimus, vt recalfaciat & ſanguinẽ extenuet, vt amplius foramen pateat. Imperata motione in horã pomeridianã phlebotomiã differimus, vel in craſtinũ ſtatim poſt miſſionẽ ſang. peractã, pręſertim in iis quib. bilis in ore vẽtriculi feruere ſolet, bolum ex cõdito roſar. damus à ʒ.ij. ad ℥.ſ. vel panis intinctũ in vino mal. gr. acidor. vel in aqua roſ. maceratũ, eo ſcopo, vt oſtiolũ vẽtriculi confirmetur, ne à bilis vapore ad cor delato animi deliquia ſuccedant & καρδιωγμὸς infeſtet, ſimul ac refrigerãdi vi moderata refrenetur bilis feruor excitatus à motu & agitatione, quæ fit per venæ ſectionem antea peractam,

SCD Lyon 1

## CAPVT X.

POſtquam minuendo purgatio & phlebotomia, vbi opus eſt, peracta fuerint, exhibenda non ſunt medicamenta eradicatiua, niſi præceſſerit humorum coctio, vt apparet ex Hip. Concocta medicari & mouere non cruda, niſi turgeant. Ideo ſi humores turgent ſine vlla dilatione & coctione præmiſſa exhibere oportet medicamenta illa cathartica; turgere autem illos, ſecundum medicos græcos eſt, cum humores tenues, ſeu furioſi de loco in locum impellũtur, vt inde periculum immineat ne in partem aliquam principem ruant, ideò confeſtim medicamento cathartico euocandi erunt. Poſteriores autem medici ex rei natura valde bene diſtinxere, & humorem turgentem variis modis accipi crediderunt; vel propter quantitatem, vel qualitatem, vel loci conditionem: propter quantitatem cum copioſior humor in parte vel toto corpore abundat, vt ex illa offenſione, ſuffocationis & exitii non paruum periculum impendeat, vt in Apoplexia & aliquot morbis ex pituita ortis; propter qualitatem, vel euidentem vel occultam: euidentem, vt cum humor bilioſus, ęruginoſus, feruore & tenuitate multum infeſtat, in aliquot febribus bilioſis, vnde ægri inquieti ſunt, & varia iactatione moleſtan-

leſtan-

SCD Lyon 1

leſtantur, palpitationes, vellicationes & morſus ſentientes, tuncque materia excreta plane conquieſcunt, ſicq; turgere humores omnes aſſerunt perſpecta humoris qualitate calidiore & feruentiore: propter qualitatem occultam, vt in febribus peſtilentib. & epidemiis & venenorum aliquot aſſumptione, quare nulla interpoſita mora vomitum prouocamus. Vel propter loci coarctationem, quia illius inflammationis materies eo loco ac parte eſt coercita & coacta, à qua propter reſpirationis neceſſitatem imminet periculum ſuffocationis: eam ergo ob cauſam phlebotomiā inflammationis incrementum prohibemus: ac ſtatim ſequenti die ex conſilio medicorum conducet ſine præmiſſa coctione medicamentum Catharticum eradicatiuum exhibere.

## CAPVT XI.

IN his ergo morbis in quibus materia non turget, prius eſt molienda humorum coctio, antequam ad purgationem venias, quæ alterantibus & immutantibus perficitur, de quibus hic quod attinet ad coctionem & præparationem humorum, dicemus: poſt purgationum variam ſpeciem & formam ſcribemus. Porro ex Galen. lib 2. de Arte medica, Coctio eſt alteratio faciens ceſſare putredinem remanente ſubſtantia

SCD Lyon 1

quæ à Gal. in lib. Hippoc. Epidemeῶn πεπασμὸς dicitur: & ex eodem in lib. Hipp. de ratione victus in acutis: ea concoqui dicuntur, quæ euincuntur: & ea concoctio non eſt in materia laudabili omnino, ſed in materia noxia: ideo Arabes poſteriores & eorum aſſeclæ partiti ſunt in eam quæ fit in iuuatiuo, aliam in nocitiuo, de qua hîc. nam ex naturæ actione, imitatione & obſeruatione hæc artis præſidia ad coctionem efficiēdam ſunt deprompta; nam in omni coctione natura dum bene operatur nunquam expellit niſi prius coxerit. Hæc paruo interuallo ſe inuicem ſubſequuntur vt omnino fiat coctio, veluti quodam choro & gradatione, & quia in omni coctione ſeparatur purū ab impuro, huic ſuccedit ſecretio, poſtremo omniū expulſio. Adhæc in iis mutationibus quæ fiunt partim à natura, partim contra naturam, vt in ſupputationibus videmus inducta quædam accidentia, vt humoris maligni ex arte repreſſionem, æqualitatem ſubſtantiæ, colorem album vel minimam graueolentiam in eo humore qui poſtea expellitur, qui cum antea eſſet crudus initio, huiuſmodi qualitatibus & affectionibus non erat præditus, ideo artis præſidio nos quædam præſcribimus medicamenta quæ coctionem iuuare poſſint antequam humor ex toto expurgari de-

SCD Lyon 1

debeat, ea autem à ſolo calore naturali perficitur, qui huius & aliarum naturæ actionum eſt opifex. Hæc autem medicamenta ſerapia decocta quadam conſequutione ad naturalem ſtatum & temperiem, calorem naturalem permutant; vt cum acrior redditur & calidior, Syrupis & apozematis incraſſantibus & frigidis ad mediocritatem reducimus; eodem modo vbi calor minor eſt & langueſcit, vt frigidos & Craſſos in corpore gignat humores, medicamẽtis calidis & extenuantibus Symmetriam reuocamus: Ideo ea ſemper coctionis author, calor naturalis exiſtit.

## CAPVT XII.

ALij ſcopi inſurgunt à Medicis cognoſcendi & exequendi, vt non ſolum immutet, ſed etiam vias & meatus ad excretionem paratos & faciles reddat, aperiendo obſtructiones, ab infarctu liberando, ne humor lentus & viſcidus ſpiracula corporis præcludat, quod humorum effluxum impedit. Ideo Galenus in aphoriſm. Hippocratis: in morbis acutis, etſi bilis eorum materies eſſe ſoleat, ad obſtructiones tollendas oxymel & hydromel propinanda iubet, in quibus ſunt origanum & ſimilia. In coctione & apparatu, quod craſſum eſt extenuamus,

SCD Lyon 1

quod tenue mediocriter incraſſamus: ex lib. Gal. conſtitut. artis circa finem, præter tamen quorundam ſententiam: id fit in morbis calidis, à bile ſcilicet tenui exortis, quia vt Auicenna & eius aſſeclæ cenſent, humorem tenuem in poris & meatibus partium imbibi & impingi, ideo non eſt habilis ad expulſionem, niſi incraſſetur, qui poſtea cõmodius omnino excernitur: idque fieri credibile eſt, vt non ſolum bilis & humores tenues fiant idonea obiecta facultatis expultricis ex modo ſubſtantiæ; ſed etiam vt quidam feruor & humoris qualitas ſeu exitialis reprimatur; quæ ſi repreſſa ſit, ſi quid ſit aptum in naturæ ſubſtantiam conuerti, membris aſſimiletur, & reliquum facile & tuto expellatur. In ea enim humorum immutatione, niſi toto genere pernicioſi fuerint, ſemper aliquid eſt, quod in naturæ vſum conuertitur. Ideo Galenus ſupra dicto loco conſulit coctionem eſſe faciendam, non ſolum ex medicamentis, ſed etiam ex boni ſucci eduliis, quiete, addit fomenta quæ in præcordiis tempore Galeni adhibebantur, ad tollendas obſtructiones & forte ad calorem naturalem fouendum. Hyppocrates autem priuſquam Elleborum propinaret volebat præhumectari corpora iuſculis, ſorbitionibus & bonis pulmentis, Idque ideo



SCD Lyon 1

vt Ellebori aſſumendi ſiccitas quam relinqueret humectatione compenſaret, & ſic partes humidiores redderet ac ad exitum humores præpararet: hæc itaque fuit medendi ratio priſcorum græcorum. Nos verò eandem aut ſaltem ſimilem peragimus, & ſemper, quoad fieri poteſt, meliorem facimus, vt variis medicamentorum formis humores noxios præparemus, quæ variant pro diuerſitate & diſſimilitudine humoris craſſioris extenuãdi, vel ratione membrorum ad quæ deduci debent, vt permiſceantur Cephalica, cardiaca, ſtomachica, hepatica, & ſimilia; hoc enim interdum tibi ex vſu veniet, quod etſi morbus efflagitet propriã immutationem ex Syrupo veluti acetoſo alioquin vtili, repugnabit tamen materia membri vt pulmones, ventriculus, inteſtina, vterus, verbi gratia cum tuſſis eſt in pleuritide, punctio, morſus & vellicatio in inteſtinis & ventriculo, præpediet te, ne hoc Syrupo vel Oximelite, aut aliis acidis medicamentis vtaris, morbo tamen & materiæ accommodatis. Interdum quoq; ſymptomatis indicatio, vt alui fluxus, diſſuadet eiuſdem Syrupi vſum: etſi propria morbi ſpecies vt intemperies calida & materia bilioſa, ſyrupi viol. vſum expoſtulet, quia relaxat & alui ductionem citat, ſi tale ſymptoma inſtat vel præ-


SCD Lyon 1

ſens eſt caue ne præſcribas: variant etiam medicamenta quæ præparant & coquunt humores ratione quantitatis, nam vbi ſunt maiores obſtructiones aperientium medicamentorum ſeries eſt augenda, item medicamenti maior vis eſſe debet.

## CAPVT XIII.

### *De paranda Apozematum decoctione.*

IN Apozematis & Serapiis cum affectus ex ſiccitate manant & ad longiores partes eum educi neceſſe eſt, vtile eſt apozematis & decoctis humores potius concoquere & apparare quàm Syrupis & aquis, quæ ob ſublimationem non modo ingratæ ſunt, ſed & ventriculum offendunt propter empyrematis ſeminarium quod in ſe cõtinent, ſi tamen aquæ ſtillatitiæ fuerunt in diplomate, vaſe duplici, balneo Mariæ paratæ vtiles eſſent & gratioſores. Apozemata igitur apparanda erunt, cum herbarum eſt copia & ſuo tempore vigent, vere & autumno: Interdum tamen conueniet eadem parare aliis anni partibus, Ex herbis vel quæ folio vigent, vel loci oportunitas, vel cœli tepor eaſdem nec flaccidas, nec exinanitas reddit, præſertim dum in promptu ſunt, & radices & ſemina & fructus

SCD Lyon 1

fructus in officinis reſeruati, ex quorum materia omni tempore decocta præſcribere tibi liceat. In apozematis autem ordo & pręſcribendi, & coquendi, & materia medicamentorum apta, & ſanationi accommodata & quantitas ſingulorum medicamentorum & totius decocti obſeruanda erunt. Radices & cortices, earundem plantarum, initio erunt pręſcribendę, vt & tuo honori conſulas qui te artificem eſſe oſtendas, & pharmacopœo hæc rectè adminiſtranti, ſimul etiam conſulis: deinde folia herbarum cum ſtipitibus & tenuibus aſparagis & earundem ſummitatibus, tum ſeminibus & fructibus additis: poſtremo cum purgantia efficere voles, eadem miſcebis cum floribus, qui magnam non ſuſtinent decoctionem, non modo flores, ſed etiam purgantia medicamenta, quorum vis in calidate & abſterſione ac tenuitate inſidet in ſuperficie, non autem in mole & craſſamento, ideo in fine miſcenda & iniicienda ſunt, vt paulo temporis ſpatio deponant iſtam vim abſtergendi & purgandi, Excepto Polipodio quercino quod propter viſciditatem quam in ſe retinet ſi priore loco cum Radicibus collocetur, non alienum erit. Decoctio ita paratur cum aqua ſimplici, & circa finem nonnunquam ſtillatitias aquas pro variis



SCD Lyon 1

ſcopis effundi iubeas, ne quod coctum eſt recoquatur. Ideo aliqui in eo peccant quod ſine vlla animaduerſione ſimul cum decoctione præcedentium miſcent & excoquunt, huícque accedit vt ea decoctione aquarum vis euaneſcat. Saccharum addendum tum in calidis & frigidis affectibus, Non tantum ad ſaporis gratiam conciliandam, ſed etiam ad conſeruationem & abſterſionem moderatam, vt ab infarctu liberet poros obſtructos: Ad leniendum interdum penidias recentes miſcemus: ad magis incidendum; vt in affectibus pulmonum à lenta materia & frigida, vel in affectibus renum & veſicæ, propter calculum & vlcera, in quibus colluuies craſſa abſtergenda eſt, ſacchari candi aliquam quantitatem: in affectibus autem frigidis, vt in paralyſi, ſpaſmo & Epilepſia (modo non æquè diſſuadeat ætas florens) loco ſacchari mel ſimplex addes, vel ſi temperare volueris æquis portionibus ſacchari & mellis quantitatem æquam præſcribes. Ad ſanationem magis aptum erit, quando morbus eſt multum frigidus & à pituita larga & ea viſcida malum oritur, Mel Anthoſatum apponere: & clarificandum apozema per colum medicum, ne plus iuſto craſſius ſit, & maximè vt ad omnes corporis partes pertingat, vt

hoc

SCD Lyon 1

hoc perficias & circumſpicias, quod à multis negligitur in decoctione paranda, vt ſit magis diluta & perlucida, nunquam maiora ſemina, frig. addas, Nec ficus aridas, quia ſua viſcagine turbulentum reddunt apozema, addas licet in opere adminiſtrando, antequam pharmacopœus colet, decoctum id refrigerari ſinat: nam calefactum craſſum cum tenui permiſcetur, ideóque turbulentum redditur & minus lucidum: Aromate ſuauiora reddimus, vel ſimplicibus medicamentis, vel pulueribus compoſitis quæ odoris iucunditate ſuauiora reddunt, & vt in longiores partes deferantur, tenuitate eſſentiæ faciũt. Illi inepti ſunt, qui pro aromate interdum immiſcent Eboris ramentum, cum nullo odore feriat, vtile tamen eſſe poteſt in palpitatione cordis, ad roborandum ventriculum, vterum confirmandum, ad omnes immoderatos fluxus, & fluorem muliebrem. Ad huiuſmodi denique apozemata moris eſt apud nos addere etiam Syrupos in officinis reſeruatos pro variis ſcopis, addimus circa finem citra vllam coctionem eo conſilio, vt incuriæ pharmacopœorum occurramus, quibus interdum non liceat omnia colligere in apozemate præſcripta vt vires repleant reliquorum, cum ſimilibus ſcopis, velut ex auctuario quodam, non



SCD Lyon 1

inutiliter Syrupos permiſcemus.

## CAPVT XIV.

Materia apozematum qualis eſſe debeat, ex varis medicamentis & plantarum partibus ex ordine & ſerie qui conſtitutus fuit antea in paranda decoctione ſatis poteſt intelligi. Porrò notum erit, vt in omni decocto tibi nunquam errare liceat, ſiue in morbis calidis ſiue frigidis glicyrrizæ radices præſcribere. Etſi dulcedine morbis calidis aduerſa videatur, humiditate tamen non nimia, quæ non obſtruit, ſed tenuis eſt & leniendo valet, ſiccitatem in morbis bilioſis retundit, ἄδιψος & ideo dicta quòd largiore humiditate ſitim reſtinguat. In affectibus thoracis & pulmonis, renum & veſicæ largior quantitas erit præſcribenda vt leniendo ſputi eductionem promoueat & in viis vrinæ ſabulones expurget, aſperatóſque meatus ceu obliniat: & quando in renibus calculi ſunt, eoſdem minuere poteſt Borrago, Bugloſ. Adiantum album nunquam prætermittas, nam temperata aut ad temperatam facultatem cum accedant, ex æquo omnibus affectibus tum calidis tum frigidis conferunt. Quidam ſine vllo dio

riſmo

SCD Lyon 1

riſmo iiſce omnes addunt capillares herbas, vt vocant, cum tamen poſt adiantum in affectibus calidis & deſtillationibus ab humore tenui iuuare non poſſunt, quodam caliditatis gradu maiore & plus ſatis aperiendo vias; item hordeum mundatum nunquam prætermittunt in omni apozemate, ſed re vera in morbis multum frigidis & quibus flatuum eſt copia in ventriculo & partibus naturalibus ſatius eſt omittere ob frigiditatem & flatus quos generat; fructus vero omnes, vt iſti communes, pruna dulcia, paſſulæ mundatæ, ziziphæ myxæ ſeu ſebeſten & dactili: Ex iis quidam poterunt ſemper in apozematis præſcribi vtiliter, vt pruna, quia caliditate non excedunt, ſed leniendo valent, in affectibus calidis acida vel acido-dulcia, in frigidis affectibus dulcia: paſſulæ omnibus morbis accommodari poſſunt, quia temperata facultate: Cum magis abſtergere, & lenire voles, mundare à vinaceis neceſſe eſt: Si interdum aſtrictio quædam mollienda, cum gigartis adiicias: Ziziphæ in omnibus affectibus præſcribi poſſunt, niſi cum obſtructiones ſunt, nam ſpiſſandi vim habent, ideo ſpiracula corporis præcludunt: ſebeſten leniunt in affectibus multum calidis, & quibus caput



SCD Lyon 1

vaporibus repletum & afficitur, palmæ omittendę ſunt, quia inſigni dulcedine promptè in bilem vertuntur, & capitis grauedinem pariunt: ij denique fructus poterunt vtiliter dari, & eorum modus inaugendus in affectibus thoracis & pulmonum; tres illi flor. cord. nunquam omitti debent, quia qualitate non excedunt, ſaltem frigidiore, calidiore paululum: ſed quæ non abducant à latitudine temperamentum.

## CAPVT XV.

CÆTERVM, materia apozematum à qualitate varia, pro ratione & ſcopo medentis, & ipſa quoque erit: in morbis calidis refrigerans; interdum ſpiſſans, ſi humores plus æquo tenues ſint, & impetu diſtillationis irruant, vel aliqua excretio interdum ſupprimenda ſit; alioqui tenui eſſentia valeat; quia eo ſcopo poſt minuens medicamentum apozema exhibetur, vt humores ad expulſionem parentur; & ſi vim inſpiſſandi haberent, medicamenta quæ ingrediuntur omnia, poros & meatus occluderent, qui reſerandi ſunt vt humorib. expellendis via pateat. In morbis autem frigidis ſit qualitas recalefaciens, extenuans, aperiens, obſtructiones magis vel minus abſtergens & diſcu-

ziens;

SCD Lyon 1

tiens; verũ ſi diſtillationes incumbãt è cerebro in aliquas partes ſibi ſubiectas, vt in pulmones, vel in neruoſum genus, vt in paraliſi, epilepſia; vel ex multitudine pituitoſi humoris in cerebro coerciti, vt in apoplexia & caro, motu & dilatatione viã in neruoſum genus ſibi ſternat, & reſpirationis organa permultum repleat, ita vt de inſtante præfocatione periculum immineat, radices quinque aperientes præſcribendæ nullo modo erunt.

## CAPVT XVI.

IN morbis calidis apozemata magna ex parte tantum alterare & coquere debent, non autem perpurgare, quia in morbis bilioſis pauca eſt materia quæ non egeat partita euacuatione, ſed ſimplici alteratione, ante eradicatiuum medicamentum duplici de cauſa præſcribenda; primo quia ratione humoris & intemperiei, quies eſt neceſſaria. In calida natura aquæ potio refrigeratio & quies, ait Hip. Nam coctio fit in quiete, vt purgatio in motu; ideo purgatio quia mouet & exagitat humores, & promptos facit & parat ad incendium, coctio & purgatio ſimul peragenda non erunt; niſi in morbis calidis, in quibus materia multa eſt,

SCD Lyon 1

& à bile vitellina fiunt, maximéq; omnium, cum fuerit exhibitum Catharticum medicamentum, tum humoris reliquiæ remanent, & quædam obſtructiones vt in febribus tertianis nothis, ſimul coquere, aperire obſtructiones, & purgare bilioſa pituitoſa cōueniet. In morbis autem frigidis, & à materia multa, præſertim pituitoſa excitatis, cum inſignis eſt Cacochimia, Apozemata non ſolum concoquant, ſed etiam proprium & accomodatum humorem euacuent, Nam vna vice nec altera, interpoſito temporis intermedio, inter minuens & catharticum medicamentum, humor non poteſt poſtea totus educi, niſi per partes fuerit purgatus: Moliendum autem erit, cum febris nulla eſt continua, ſed intermittens, in proceſſu temporis, tempore quietis id faciendum erit. Cauendum tamen in aliis morbis pituitoſis, ſi fluxiones & deſtillationes fuerint coniunctæ vehementiores, hoc tempore intermedio apozemata purgantia præſcribere, ſed tantum ea quæ humorem concoquere valent, cum proba abſterſione & diſcuſſione, moderata extenuatione, vt in paralyſi in principio.

CAP.

SCD Lyon 1

## CAPVT XVII.

### *De Apozematum quantitate.*

QVantitas apozematum in ſingulis medicamentis ea obſeruanda, vt quæ ſunt medicamenta calida minori modo addenda, ſed in morbis frigidis, vt ſufficiant æquanda, omnis enim exceſſus contrario & æquali eſt corrigendus. Temperata, vt Borrag. Bugloſſ. vel æquali menſura ſunt præſcribenda, vel inaugenda, quia ſemper in melius proficiunt: Ea tamen quæ frigida ſunt, vel inaugenda mole & menſura aut ſaltem numero, & ſerie maiori, quæ quantitatem ponderis expleant: Saltem deligenda ea frigida medicamenta in decoctis, quæ tenuitatem eſſentiæ habeant, & ſic mediocris erit menſura præſcribenda: In plantis, vt radic. helenij, Ariſtoloch. Rad. Cappar. & ſimilibus herbis amaris, vt Abſynthij, coniſæ, Thimi, foliis Artemiſ. Sabinæ, horum omnium mediam quantitatem ſumas, vel tertiam partem: Si conferatur proportio ad reliqua alia medicamenta, vel ſi glicyrriza additur, ad ℥. j. Rad. Helen. ad ℥. ß. Sufficit ſi Borrag. & Bugloſſi

SCD Lyon 1

ad m. j. præſcribatur, fol. abſynth. & Arte-
miſ. an m. ß. vel ad tertiam partem, m. j. ne
decoctum amarore imbuat, quod ægro po-
ſtea eſſet ingratum: Semina autem non ad
magnam quantitatem ſunt præſcribenda,
vt doſim aliorum æquent, ſed pro tota de-
cocti quantitate & variis ſanationis ſcopis
plus minuſve adiicienda erunt, ſic de fructi-
bus & floribus modum non liceat præſcri-
bere, quia ſi auctior ſit, errare non poteris,
cum illorum vis ſit tenuis, & facilè euane-
ſcat, ad duplum etiam relinquorum inau-
gens: Niſi in floribus multum calidis & craſ-
ſis, vt ſtœcad. & camomel. temperatis, qui
nunquam adhibentur, cum oleoſa quadam
ſubſtantia conſtent, & vaporoſo ſpiritu, in-
gratum reddant apozema.

## Capvt XVIII.
### *De Medicamentorum purgantium quantitate.*

PVrgantium quantitas eſſe debet pro hu-
moris vacuandi multitudine, medico
circunſpecto leuiora & mitiora inaugenda,
vehementiora minuenda, ſi quæ ex iis me-
dia ſunt, æqualis & moderata ſit proportio,
chariorum medicamentorum, vt Rhabar-
bari quantitas, modum nec leuiorum, nec
medio-

SCD Lyon 1

mediocrium æquare debet, vt ſumptui parcas ægrorum & pharmacopœis aliqua ex parte obſequaris. In decoctione ad conſeruationem & ſaporis gratiam, tantum ſacchari & reliquorum dulcium addes quantum in longiores dies recondere licet: ſi in breuiores dies & pauciores, minus, pro guſtantis natura & ſaporis gratia; in quibus dulcia magis placent, plus; quibus minus, minor ſit quantitas: quod ſi parum in affectu proſunt: nihil vel minimum adiiciendum erit: Nam mulieres in hiſtericis pathematis maxime dulcibus offenduntur, ideo nonnunquam in acceſſionem præfocationis vteri corruunt, ex eorum dulcium vſu. Aromata autem ea quantitate eſſe debent definita, vt minima ſui portione efficaciſſima ſint, atque ne lædant cauendum: in iis quibus ad longiores partes deduci volumus medicamenta & vrinas mouẽdas hæc aromata ſunt neceſſaria. In delicatis & generoſis quibus talia placent, menſura erit augenda paululum: quibus verò humor in propinquis viis eſt apparandus, nec ita aperire obſtructiones conuenit, & quib. deſtillationes ſunt frequentes, & caput tentatur & repletur multis vaporibus, horum aromatum eſt menſura minuenda, vel interdũ, ſed raro nõnihil de illis erit adiiciendum.

SCD Lyon 1

## CAP. XIX.

### *De Syruporum quantitate.*

DE Syrupis autem & Oxymelite & aliis eiuſmodi medicamentis in officinis reſeruatis & paratis, quæ adduntur circa finem, quantitas & modus ita erit præſcribendus, vt ab ℥ j. ad ℥ ij. præſcribantur iuxta numerum dierum, qui requiruntur in aſſumendo toto decocto. Itaq; quantitas totius decocti dum vſus erit ad tres dies ſufficiet ad ℔.j.ß. circa finem veris & æſtate non maiorem modum præſcribas quia apozemata corrumpentur, autumno circa finem, hyemis & veris initio ℔.ij. pro vi. diebus: interdum, ſed raro ad ℔.ij.ß. pro octo parabis.

## CAP, XX.

### *De apozematum vſu in affectibus capitis.*

APozemata ſiue decocta, in affectibus capitis ſiue calidis ſiue frigidis adhibentur. Ea autem quæ calidis erunt accommodata, materia omnium medicamentorum erit frigida, & interdum incraſſans vt in phrenitide, mania: Alioqui, niſi quid aliud ſuadeat, incraſſantia nulla imponenda erunt.

Cæterum

SCD Lyon 1

Cæterùm vt vis illorum frigidorum ad caput vſque perueniat, vel minimo modo aliquid de cephalicis medicamentis adiiciendum erit.

## CAP. XXI.

### *Apozema refrigerans & tenuium partium, interdum incraſſans & aliqua ex parte ſi voles purgans bilioſa & ſeroſa.*

ACcipe glicyrrhizę raſę & parũ contuſę, ℥.j Borrag. Bugloſ. cum propriis radicibus. *Caue ne apponas radices aperiẽtes, nam humores furioſos redderent & ad incendium paratos,* Cichorij endiuiæ tenellæ non lotæ, ſcariolæ, acetoſæ: *In affectib. ab aduſtione bilis vt in mania, ſequẽtes herbas vtiliter adiicies, quia vapores caliginoſos & aduſtos expurgant & abigunt*, ſummitatum fumar. lupuli, herbarum capill. *quia reſpiciunt humorem melancholicum aduſtum. Si timeas ne reliquæ aliæ præter adianthum plus ſatis aperiant & inflamment, ob id relinquas*, an. m. j. Cum erit vera phrenitis, fol. Lactuc. ad m. ß. addere conuenit, quatuor. ſemin. frigid. maior. End. & portul. an ʒ. ij. in vera phrenitide ſemina papaueris albi & Lactuc. an. ʒ. j. hordei mundati. p. j. prunorum dulcium, paſſular. mundatar. ziziph. & ſebeſten an. par. x. Cum

SCD Lyon 1

purgans efficere volueris, addes Tamarind. polipod. querc. recent. an. ℥. j. Mirabol. citrinar. & Indarum cum oleo amygdal. dul. confricatarum an. ℥. ß. præter quam quod bilem aduſtam exigunt ſua vi ſtiptica bilis feruorem reprimunt & tenuem compeſcunt, & immobilem reddunt, trium flor. cord. & nympheæ, an. p. j. vt deferatur vis reliquor. ad caput flor. Roriſmarini, p. ß. fiat decoctio ad ℔. j. & ß. In Colatura diſſolue ſacchari albiſſ. q. j. clarificetur & aromatizetur cum pulu. Triaſantali & diamargar. frigid. an. ʒ. j. vel Syru. viol. ℥. iiii. loco ſacchari. Miſce, pro quatuor doſibus, ſumat de mane ante cibum.

## CAPVT XXII.

### *De vſu apozematis, in affectibus capitis frigidis.*

APozemata in affectibus frigidis capitis ex iis medicamentis conſtabunt, quæ præcipue capiti ſunt determinata, ea fere ſemper calida ſunt & extenuantia, quia ob eius temperiem frigidam & humidam frigidis & pituoſis tentatur morbis, ideo calida ſunt & ſicca ſimul extenuantia, & quia viſcus eſt quod toti corpori communem præbet actionem, aſtrictione eget, vt roboretur, ideo nux Moſchata, ſtœchas cephalica ſunt medi-

SCD Lyon 1

medicamenta, quia & calefaciunt, & aliqua parte adſtringunt.

*Apozema pro affectibus capitis frigidis, calefaciens, extenuans roborans, & ſi voles pituitam repurgans.*

Accipe Rad. Acori vulgaris, calami arom. galãg. Craſſæ. Ciperi. Rad. pœon. decreſcente luna collectæ *in Epilepſia (non tam ſuperſtitione collectionis vtilis & neceſſaria quam quod eo tempore humiditas eſt abſumpta. Ideo ſiccior reddita maiorem vim exſiccandi & abſumendi habet*, an ℥.ß. glycirrh. raſæ & parum contuſæ ℥.j. Beton. primulæ veris ſeu herbæ paralyſis, *ob id in reſolutione accommodata*, ſaluiæ minutim inciſæ, ſampſuci. an. m. j. *In Epilepſia*, fol. hyſſopi, m. ß. vel tertia pars vnius manipuli, *ne maior quãtitas redderet amarum apozema*, Borrag. Bugloſſ. cum propriis radicibus, cap. ven. an. m. j ß. grana pœoniæ: *vt in Epelepſia potiſſimum & aliis neruorum affectibus*, ℥.ß. ſem anisi, fœniculi, ſiſeleos & Liguſtici (*nam pituitã extenuando ad expulſionẽ promptam reddunt & potenter reſiccant*) an. ℥. ij. prunorum dulcium, paſſularum mundatarum, an. par. xii. *cum purgans efficere volueris*



SCD Lyon 1

*addes* medullæ ſem. Carth. & popil. querc. an. ℥.j. agaric. recenter thochiſcati, ℥.ß. flor. ſtœcad, Roriſmarini, ſaluiæ, ſampſuchi, an. p. j. trium florũ cordial. p. ij. fiat decoctio, in colatura diſſolue ℥.iiii. ſacchari, clarificetur & Aromatizetur cum pul. nucis Moſchatæ & & diamoſchi dulcis, ań ʒ. ß. adde loco ſacchari Syrupi conſeru. acori aut ſtœcados, ℥. iii. Mellis roſ. colati, ℥. ii. & ſi in decoctione antea non præſcripſeris mel anthoſatum, hîc in fine loco mellis roſati tantundem appones: Miſce, fiat apozema pro quutuor doſibus aut quinque, ſumat mane quatuor horis ante cibum In hoc eodem apozemate interdum ad humoris pituitoſi craſſi extenuationem maiorem oxymelit. ſcilliticid. minorem oxymelit ſimplic. quantitate ℥. ij. aut iii. addere poteris.

## CAPVT XXIII.

### *De vſu apozematum in oculorum morbis calidis.*

APozemata quæ in affectibus oculorum præſcribuntur, eadem eſſe debent, vt in affectibus capitis calidis, ſatis magnam quantitatem addendo fum. ad m. j. ß vel ij. Nam ex Galeno oculos purgat, per fumum diſſoluendo: &, ſi admota valeat, aſſumpta non eſt inefficax, præſertim cum nullo calore polleat

SCD Lyon 1

leat in iiſce affectibus calidis. Caue præſcribere lactucæ folia, nam peculiari inimicitia oculis aduerſatur & cibi & medicamenti vice, quia valde ſpiritus viſorios incraſſat, ideo viſum debilitat. Reliquum eſt vt in eo decocto quod fit pro affectibus calidis, vt reliquorum vis ad eaſdem partes transferatur: herbæ fœniculi, m. ß. addere vel ſemen eius ad ʒ j. vel ʒ. j. ß.

## CAPVT XXIV.

### *De vſu apozematum in oculorum morbis calidis.*

APozemata quæ parantur pro affectibus frigidis oculorum, eandem habent materiam quam præ ſe ferunt apozemata præſcripta pro capitis affectibus frigidis. In hoc tamen differunt, quod non adeo calfaciant, nec etiam extenuent, indicatione ſumpta à partis natura & loco, quia oculi ſunt molles, ideo facile à medicamento immutãtur. Præterea non multum à ventriculo diſtãt, vt cerebrũ & ſinus: ad hæc miſcenda erunt medicamenta ophthalmica, illis ipſis partibus accommodata, quæ talia eſſe debent & euidente qualitate prædita, vt vapores & fumos qui ſpiritum viſorium inficiunt probè diſcutiant.



SCD Lyon 1

*Apozema pro affectibus frigidis oculorum recalefaciens, & vapores & flatus diſcutiens, & ſi voles pituitam purgans.*

Accipe Rad. Enul. Camp. *amarore expurgat & omnem vaporē diſcutit,* fœniculi, acori galang. craſſç, *& quia, magna ex parte, ventriculus per conſenſum oculos afficit, ad roborandum ventriculum, & calore eiuſdem medicamenti diſcutiendos flatus & vapores,* addes Cort. citri an. ℥. ß. glycirr. raſæ & parum contuſæ, ℥. j. Euphraſiæ, herbæ fœniculi, verbenæ, Betonicæ, ſaluiæ minutæ, ſummitat. thymi, an. m. j. Borrag. Bugloſſ. cum propriis radicibus herbarum Capill. an. m. ß. ſem. aniſi & fœniculi, an. ʒ. ij. prunorum dulcium, paſſularum mundatarum an par. x. *ſi purgans reddere volueris, addes* agarici recenter trochiſcati, ℥. ß. Myrabol. chebul. confricatarum cum oleo amygdal. dulc. ʒ. vi. Medullæ ſeminis cartham. leuiter contuſæ, ℥. ß. trium flor. cord. ſtæcados & Roriſmarini. ſaluiæ, an. p. j. fiat decoctio ad ℔. j ſ. In colatura diſſolue ſacchari albiſſ. q. ſ. Clarificetur & Aromatizetur, cum puluere nucis moſchatæ, ʒ. j. puluer. aromatici roſ. *propter vētriculum cum quo conſentit.* ʒ. ß. Addes Syrup. conſeru acori,

SCD Lyon 1

cori vel è ſtœcade. ℥. iii. Mellis roſati col. ℥. ij. Miſce, fiat Apozema pro quatuor doſibus, ſumat de mane quatuor horis ante cibum.

## CAPVT XXV.

### *De Apozemate Cordis.*

APozemata quæ cordis affectibus tum calidis tum frigidis accommodantur, ex cardiacis medicamentis erunt paranda, quæ his ſummis generibus continentur. Ex Auicen. Quædam ſunt eiuſmodi, quæ ſpirituum ſubſtantiam inſtaurant & augent, vt vinum, & quæ ſuauem & bonum odorem efflant, vt Moſchus, Ambar. Zibetum. Alia verò ſunt quæ ſpiritus diſſolutos vniunt & confirmant vt ſuccinum & carabe Arabum, ſpodium: Alia quæ ſpiritus impuros mundant & eluunt, & claritatem afferunt, vt vniones, Margaritæ: Alia ſunt quæ caliginem, vaporem & humorem exuſtum purgant & euacuant, vt lapis Cyaneus, lapis Armenius: Alia quæ propria vi & inſita natura cordi auxilium conferunt ſine euidenti qualitate; vt Buglоſſ. vel occulta vt Aurum, gemmæ pretioſæ & legitimæ: Ex iis quædam calfaciendo Cardiaca proficiunt, vt doronicum: Alia refrigerando, vt Caphura vera, aqua roſar. ſantali, violæ, roſæ.



SCD Lyon 1

## CAP. XXVI.

### *De vſu apozematum in morbis cordis calidis.*

APozemata quæ cordis calidis affectibus præſcribuntur conſtare poterunt ex medicamentis cardiacis. Quæ vim refrigerandi habent, & nonnunquam tenuitatem eſſentiæ cum leni & moderata abſterſione habent, & purgantia quando licet miſcenda erunt, quæ clementer & leniter purgare apta ſunt; nonnunquam etiam racoma ſeu Rhabarbarum additur, vt circa finem decocti vel in decocto. Caue ne multum aperientia adiicias, quia inflammationem & incendium in ſpiritibus parant.

### *Apozema cardiacum refrigerans cum tenuitate Eſſentiæ, omnem malam putredinem inhibens, & ſi voles purgans biliosa.*

Accipe Cort. Radic. Bugloſſ. *Etſi Gal. in folia vino iniecta animi lætitiam augere ſcripſerit, & ob id vim foliis tribuit. Auic. tamen & poſteri efficaciorem facultatem in corticib. radicum accommodarunt & experientia obſeruarunt,* ℥.ij. Acetoſæ cum rad. *hæc plrimum valet in putred. maligna, vt in peſtilentib. febribus ſimul ac feruidum calorem reprimunt & qua-*

dam

dam abſterſione valet, vt omnia Lapathi genera ex quorum claſſe eſt, & in decoctione aluum emollire certum eſt: ſuccus tamen eius extractus aluum aſtringendi facultatem retinet, Lenticulæ aquarum, ſcariolæ, Endiuiæ tenellæ, cichor. roſtri por. Borrag. Bugl. cap. ven. (quia temperata) adiantos vtriuſq; calidis & frigidis vtilis eſſe cenſetur, an. m. j. ſem. Citri, Cardiacum medicamentum, & omnem peſtiferam labem & putredinem arcet ſiccitate magis quam vllo calore euidenti, End. & portul. quatuor ſemin. frigid. mai. an ʒ. ij. hordei munda. p. j. ß. granor. Berberis, aciditate omnem putredinem reſtinguit & tenuitate eſſentiæ valet, ʒ. ij. aut iij. prunorũ dulciũ, paſſularum mundatarum, ziziphæ, quia ſanguinem & ſpiritũ plus æquo ferendum temperant, an. par. x. Tamarindorum, ſi purgans efficere voles, ℥. ij. Mirabol. Citr. cũ oleo amygdal. dulc. confricatarum, ℥. j purgant enim bilem ſine vlla caliditate & ſimul corroborant, interdum ſi magis purgare voles modo non inſignis caliditas diſſuadeat, Rharbarbari optimi craſſo modo contriti, ne illius vis euaneſcat in panno raro ligati, ʒ. ij. aut iij ſi plus purgare voles. Vt autẽ efficacius ſit Rhabarbarum ad euacuandam bilẽ, ſatius eſt circa finem decocti inter clarificandũ eius dilutum exprimatur. & ſpic. nard. gra. iii. vel iiii. addere vel ℈. ß. vt fœlicem reddas eius opera-



SCD Lyon 1

*tionem*, flor. nymph. *& ſi vigeat tempus*, florum mali perſici, roſarum rubrarum, trium flor. cord. an. p. j. fiat decoctio ad ℔. j. *Si tantum ad tres dies exhibere velis, vel ad plures*, ℔. j. ß. In colatura diſſolue ſacchari puriſſ. q. ß. clarificetur & aromatizetur, cum pulu. diamargarit. frig. & triaſantali, an. ʒ. j. adde Syrup. de ſucco Acetoſ. ſi paretur oxiſacchara ſimpl. vel Syrup. viol. vel Syrup. cap. ven. vel Acetoſæ ſimpl. *modo pectus male nō habeat nec tuſſis ſit coniuncta*, ad ℥. j. Si purgās magis efficere voles, prætermiſſo tamen racomate, Syrup. roſat. ſol. recens, vel mediæ ætatis ſine Scamm. ad ℥. iiij. vtiliter dare poteris.

## CAPVT XXVII.

### *De vſu apozematū in affectibus cordis frigidis.*

Apozemata in affectibus cordis frigidis vt in palpitationibus, exolutionibus à craſſo humore procedentibus & melancholicis affectibus quibus cor iuuandum eſt, ex ea medicamentorum materia conſtare debent, quæ non modo vim cardiacam præ ſe ferunt, ſed & aperiant obſtructiones, attenuent lentos humores, & quædam purgantia adiicienda quæ craſſos humores euacuent.

*Apozema*

SCD Lyon 1

*Apozema in affectibus frigidis cordis calefaciens, obſtructiones aperiens, extenuans & repurgans craſſa excrementa.*

Accipe quinque Rad. communium Aperitiuarum in vino albo maceratarum, an. ℥.j. rad. enul. camp *hæc hilaritatem præſtat, & cardiacum eſt medicamentum. Item expurgat & ab infarctu & amarore liberat.* Rad. doronici, *Quæ vere eſt cardiaca* Rad. Been albi & rubri, *ſed quia non ſunt legitima quales fuere deſcripta ab Arabibus, ſatius eſſet harum loco ſubſtituere radices paſtinacæ ſilueſt. vel augere modum aliarum, vel aſcribere calami aromatici* ℥.ß. Borrag. Bugloſſ. cum propriis radicib. herbarum capillarium, Iupulorum, Betonicæ, ſummitatum Thymi & Tamariſci, an. m.j. Meliſſophylli, *quæ non ſolum eſt herba cephalica, ſed & cardiaca in affectibus frigidis*, m. j. ſem. aniſi, fœniculi, ſiſeleos & liguſtici, *Nam iſta ſemina diſcutiunt flatus, extenuant, & ſpiritus excitant veluti conculcatos à craſſis humoribus & vaporibus*, an. ʒ. ij. Cicerum rubeorum, p j. prunorum dulcium paſſularum mundatarum, an par. xij. *Si purgans efficere voles*, polipod. querc. recent. fol. ſenn. oriental. mundat. medullæ ſem. carth. leuiter contuſæ, an. ℥.j. Epithimi recentis. ℥. ß.

SCD Lyon 1

Myrabol.Indar & Chebul.cũ oleo admygd. dulc. confricat. an ʒ. ii. florum Roriſmarini, ſampſuci & trium florum commun. quod ſi eſſet in his locis in quibus malorum arantiorum magna copia eſt, quo tempore floribus luxuriant, addes florum eorundem mali Arantii, nam ſunt cardiaci & aqua illorum eſt valde efficax, in Syncope cardiaca, ſiue aſſumpta, ſiue admota. an. p. ii. fiat decoctio ad ℔. j. ß. in colatura diſſolue ſacchari puriſſ. q. ß. clarificetur & Aromatizetur, cum puluerib. diambræ vel diamoſchi dulcis, ʒ. j. ß. pul. Cynamomi electi ʒ. ß. *Nam ſuo ardore fragranti gratius reddit apozema, ſanguinem & ſpiritus craſſiores extenuat & exſuſcitat.* Addes Syrup. de pomis bene olentibus. ℥. iiij. Si magis purgare velis, Syrup. ſaporis ex deſcriptione Meſuæi tantundem ad ℥. iiii. rectè exhibere poteris, miſce pro quatuor doſibus.

## Capvt XXVIII.

### *De apozemate thoracis & pulmonum.*

Apozemata quæ affectibus thoracis & pulmonum, tum calidis tum frigidis adhibentur, ex ea materia parari debent quæ leniendo valet, & dulcedine abſtergẽdo magna ex parte ſputi eiectionem promoueat,

moueat,

SCD Lyon 1

moueat, interdum tamen aliquando quædam medicamenta amara vſurpare poterimus, quæ pituitam lentam & viſcidam expurgent, ſimul & mediocriter extenuent. Non quæ ſicciora ſunt & valde acria, quæ à Galeno inprimis interdicuntur: Nam quod tenue eſt diſſoluunt: quod craſſum, tophi modo impingunt & relinquunt, ideo Craſſus humor qui poſtea coierit, in pulmonum bronchiis non ſine magna virium exolutione è pectore vacuari poteſt, Item euitanda ſunt acria, acida, quia tuſſim mouent & irritant, & maxime omnium quæ ſtiptica conſtant ſubſtantia, & tota aſtringendi facultate præſtant, Nam ſputi excretionem prohibent & reſpirationis organa ceu vincta & coarctata detinent: niſi quando hæmoptoicis ſanguinis ſputum aliter peragendum eſſe commonſtrat, in quo neceſſaria ſunt in immoderato fluxu ſanguinis aſtrigentia quidem, non ſola: ſed quæ lenem aut leniendi, aut leniter abſtergendi facultatem præ ſe ferant vt ſaccharum roſ. Tabellatum, & quæ ſimul ſpiſſandi viribus pollent cum aſtringendi, glutinandi & leniẽdi vi pollent, vt Syrupus de zyziphis, addas licet & Syrup. de pap. auxiliari ad ſanguinis ex pulmonibus excretionem immodicam & ad deſtillationes acres à ſalſis

SCD Lyon 1

& ſeroſis humoribus exortas: hæc medicamenta ſæpius accommodata ſunt affectibus thoracis & pulmonum calidis, & in hæmoptoicis, frequentius in Catharro à pituita ſalſa & acri humore.

## CAPVT XXIX.
### *De apozemate in affectibus pulmonum calidis.*

APozemata quæ in affectibus pectoris & pulmonum exhibentur calidis ex huiuſmodi materia parari poterunt, vt in expuitione ſanguinis & diſtillatione vehemēter tenui, à pituita ſalſa, acri, vt cum aſtrictione vim abſtergendi habeant, & incraſſandi, in primis omnium leniendi, cum ea frigiditate quæ intus incendium remittat, vt in peripneumonia & inflammatione pulmonum.

### *Apozemata frigida pro thorace & pulmonibus.*

Accipe glycirr. raſæ & parum contuſæ, ℥.ij. *huius enim modus vtiliter augetur quia multum lenit ſputi eductionem excitat*, Rad. conſolid. mai. *quæ vtiliter præſcribitur in hæmoptoſi & tabe, & vlcere pulm. à pituita ſalſa. nam præterquam quod adſtringit, ſimul etiam abſterſionis*

SCD Lyon 1

*ſterſionis non eſt expers*, ad ℥.ß. vel ℥.j. End. tenellæ, ſcariol. Borrag. Bugloſſ. cum propriis radic. myrryd. herbæ, *Ea enim ex Dioſcoride tabidis vtiliter adhibetur*, pimp. cap. ven. *non autem alias capillares, cum fluxiones excitent nimis aperiendo, vias dilatando fluxione opportunas reddant*, Cichorij, *quæ tamen parum conſtringendi vires nec amaroris expers cum frigiditate expurgat*, an. m.j. ſem. malu. & bõba. *multum enim leniunt*, quatuor. ſem frig. mal. End. & portul. an ʒ.ij. in deſtillatione acri & importuna, & ſanguinis ſputo ad humores tenues incraſſandos, adde ſem. pap. albi Lactuc. an. ʒ.i. pro prunorum dulcium, paſſularum mundatarum, iuiubarum & ſebeſten, an. par. xij. Si tam vehemens caliditas non fuerit, nec capitis dolor, addi poterunt pulpæ & carnes dactilorum numero ſex, ficus autem aridæ cum præceſſit ſanguinis ſputum vel inſtare poteſt, vtiles nullo modo erunt, nam ſanguinis ſputum excitant, nimia ſua abſtergendi facultate. Cæterùm purgantia hæc apozemata nunquam efficias, nam alui fluxus periculoſus eſt, præſertim in affectibus pectoris & pulmonum calidis, quia per aluum vis non eſt recta per quam humores in pectore tuto & commodè expurgari valeant. Addas licet quod purgantia medicamenta non modo ſputi coctionem impe-

SCD Lyon 1

diunt,ſed & motu nouam fluxionem è cerebro in pulmones cōcitant, triū florum cord. an.p.ii. fiat decoctio in aqua hordei mediocriter decocti, de cuius colat. cape ℔.j. ß. in qua diſſolue ſacchari albiſſimi q.ß. & in ſputo ſanguinis præſente ſacchari roſ. tabulati, ℥. iiii. clarificetur & aromat. cū pulu. diatragacāti frig. & ſi ſputū ſanguinis ſit, vel idipſum pertimeſcas, ſine caphura adhibēdus erit, puluer. diamargaritonis frig. ʒ.j.ß. Multū odorata nō ſunt præſcribenda ne multo caput vapore repleant, vt in tabe ex vlcere pulmonum, in qua cerebrū continuis diſtillationibus eſt paratum amandare fluxiones ad pulmones ob imbecillitatem vapores ſuſcipiendi: addes cum magis incraſſare quam lenire conſilium erit, Syrup. viol. de biſant. necnon Syrup. cap. ven. tantundem.

## CAPVT XXX.

### *De vſu apozomatum in morbis pulmonum frigidis.*

APozemata in thoracis & pulm. affectibus frigid. neceſſaria erunt in his, medicamenta quæ non ſolum leniant & abſtergant, sed & extenuent potenter lentos & craſſos humores.

*Apozema abſtergens, leniens craſſos humores & moderatè calefaciens in affectibus frigidis, thoracis*

SCD Lyon 1

*thoracis & pulmonum.*

Accipe glycirr. raſæ, & parum contuſæ ℥. j. ß *aperientes radices nunquam in his affectib. præſcribendæ erũt quia fluxiones excitant excepta rad. fœn. quæ expurgat & extenuat*, radix herbæ fullonum, *iuuat enim vt Rogerius ſcripſit ex Guidone, eos quibus in thorace & pulmonibus fiſtulæ ſunt admota & iniecta, ideo nos etiam aſſumptam non ſine experientia vtiliter damus in affectibus thoracis & pulmonum, vel ad purulentam colluuiem vel pituitam lentam & craſſam potenter expurgandam vt in aſthmaticis* ℥. j rad. Enul. Cã. ℥. ß pr aſſii, *multum expurgat pituitam viſcidam & lentam*, Tuſſilaginis cum rad. Borrag. Bugloſſ. cum rad. herbarum capillarium & Beton. an. m. j. folior. hyſſop. *non plus addes ne amarore apozema reddatur ingratum, &* ſummitatum Thymi an. m. ß. ſemin. vrticę. *craſſos humores ex pectore extenuat & educit*, ſem. aniſi & fœnicule, an. ʒ. ij. ſem. mal. & Bõbac. *nũquã prætermittẽda in affectibus his quia leniendo reſpirationem facilẽ efficiunt & ſputi excretionẽ iuuant*, an. ʒ. j. ß. Cicerũ rub. p. j prunorum dulcium, paſſularum mundatarum. iuiubar. & ſebeſten. an. par. x. *nunquam ſunt prætermittẽdi iſti fructus in malis pulmonum & thoracis.* Carnium dactil. par. v. *caricar. ping. modo pro-*

SCD Lyon 1

*bè poſtea clarius reddatur apozema nō officient, quia hæ ad ſanationē ſunt vtiles,* paria iii. flor. Roriſmarini ſtecados, *vt habeat rationem membri mandantis, quod eſt caput pituitam demittens ad pulm. vt iiſdem floribus ſiccare valeas,* an. p. j. trium florum cord. an. p. j. ſemis, fiat decoctio, in aqua hordei mediocriter cocti, *quia minus aſtringendo valet quam perfecte cocti, & ſine hac cum aqua ſimpl. ſi pertimeſcas flatus quos generare poterit,* de colatura, cape ℔. j ß. in qua diſſolue ſacchari albiſſimi & penidiorum recent. *quæ abſtergunt & iuuant ſputi eductionem,* an q. ß. *interdum vt leniendo abſtergas & extenues,* ſacchari Cand. ℥. iiii. aut v. adiicies: Clar. & Aromatiſetur, cum pulu. dia ireos ſimpl. ʒ. j. ß. *& ad ſaporis gratiam conciliandam modo de ſeroſis recrementis fluxionem immixtam non pertimeſcas.* Cinamomi electi, ʒ. ſ. addes *cum lenire & abſtergere voles citra inſignem qualitatē:* horum loco Syrup. cap. ven. ℥. iii. Mellis roſ. colati ℥. ij. *cum magis incidere extenuare & expurgare voles loco Syrupi* cap. ven. Syrup. de glycirriz. Syrup. de hyſſop. praſſio modo paratum reperiatur, tantundem. Miſce, fiat Apozema pro quinque doſibus, ſumat de mane quatuor horis ante cibum.

C A P.

SCD Lyon 1

## CAPVT XXXI.

### *De vſu apozematum in affectibus ventriculi.*

DEcocta ſiue alia medicamenta ventriculo accommodata illa qualitate prædita eſſe debent, cum in morbis calidis tum frigidis quæ aſtrictione robur confirmare valeant, ex actionis modo quem ventriculus à natura habet, facile intelligi poteſt; vt enim inteſtina ἀναδόσεως, i. diſtributionis inſtrumenta ſunt, hepar αἱματώσεως, ſic ventriculus coctionis inſtrumentum; at cum coctio ſine retentione perfici non poſſit, (vt indicãt fluctuationes, quæ ventriculi cõcoctionis imbecillitatem oſtendunt,) quę ſine aſtringentium ope fieri non ſolet, nam talia aſtringentia vniunt & firmant vndique ventriculi habitum & latera vt chilus ex contactu ventriculi & idonea mora probè conficiatur, ideò quæ ventriculo ſunt propria & accommodata medicamenta, nunquam aſtrictionis expertia eſſe debent, quare vitanda omnia, quæ nimis aperiunt, diſſecãt, attenuant, ideo aliquot medici aberrant, qui ad coctionem iuuandam ſolum aniſum ſummis epulis eſitari præcipiunt, Nam huiuſmodi vi diſſiccandi coctionem interturbant, quæ retentione perficitur; deinde etiam vitanda acria & quæ vrinas potenter mouent; addas



SCD Lyon 1

licet amara vna ſui parte tãtũ officere; quod ſapore ſolo ingrata ſunt, ideo a ventriculo arctè amplexari non poſſunt, nec omnino conficiuntur: Altera tamen plurimum afferunt emolumenti ſtiptica ſubſtantia, qua inter ea ſunt conſtituta quę faciunt ad ventriculum confirmandum & retẽtionem iuuandam, ideo Aloes cenſetur, interdum εὐστομαχικὰ, interdum κακοστομαχικὰ. Notandum tamen plurimum lædi ventriculum vſu medicamentorum purgantium continuato, & ex propria vi & natura quorundam medicamẽtorum, quæ verè Catharctica ſunt: Calida enim & acria ſunt potentia, vt ſcammoneum & ſcammoneata, ideo coctionem turbant & ventriculum infirmant: alia eiuſmodi, quæ quibuſdam naturis ventriculo aduerſa eſſe conſueuerunt vel ἰδιοσυγκρασίᾳ, i. propria & peculiari natura, vel ex aliqua ratione euidenti vt cum ſtomacho & ventriculo ſunt imbecillo, & nimis laxo, & leuiori occaſione ad vomitum concitato, Agaricus præſertim non expreſſus, nonnunquam infenſus eſſe ſolet: Sic & quædam alia medicamenta, quæ ceu filis quibuſdam & conſtitutione & compage ſunt intexta, vt colocynthis, non ſolum vehementia, ſed & ratione ſubſtantiæ ſuæ ceu impingitur ventriculo, & ob id diutius retinetur, & ex longiori mora exce-

dendi

SCD Lyon 1

dendi vires in membranoſo & neruoſo corpore exerit, & ſua pernicie ſubinde magis infeſtat, ſic & ex eorum claſſe eſt ſemen carthami, niſi ſit bene contuſum, & tenaciter hæret & vomitorium eſt; ſed quando pernicie non æquat Colocynthidem, ideo ventriculo erit innocentius. Quædam etiam alia medicamenta purgantia tum ex illorum propria vi & natura ventriculo officere ſolent, vt Caſſiæ pulpa & pſyllium, quę largiori ſua humiditate diſſoluunt & relaxant vim & robur ventriculi: & potiſſimum id fieri certum eſt in natura ventriculi frigidiore & humidiore & cum humor pituitoſus vel aqueus vel mucoſus multus influxit ad vẽtriculum, & in eodẽ coire potuit: Talia medicamenta noxia eſſe ſolent, ideò vitanda in morbis frigidis vt lienteria, diarrhœa, cum ex vitio ventriculi origo mali exiſtit.

## CAPVT XXXII.

*De vſu apozematis in morbis ventriculi calidis.*

DEcocta in affectibus ventriculi calidis (qui raro eidem accidunt, frequentius enim ventriculo morbi frigidi accidunt) materia medicamentorum ea eſſe debet, vt vi refrigerandi polleant, non tamen gradu excellenti, nam eorum vſu plurimum offenduntur omnes partes neruoſæ membranoſæ & exangues, vt vterus, ventriculus,



SCD Lyon 1

præſertim cum ſit coctionis inſtrumentum & coctio calore perficiatur, ideo nimis frigida ventriculum debilitant, & coquendi actionem imbecilliorem reddunt: modice ergo frigida tum aſſumpta tum admota adhiberi poterunt, quæ ſimul aſtrictionem coniunctam habeant, & quædam ex illis tenuitatem eſſentiæ aliqua ex parte præſtabunt, quia in præparatione non oportet ex toto aſtringere, ne humor in eadem parte impingatur & poſtea ſequente medicamento expurganti rebellis fiat expulſioni: præterea vel minimo modo quædam leuiter calida & ventriculo determinata; cuiuſmodi eſt Abſynthium, adiicienda erunt, vt calorem ventriculi nonnihil iuuent; animaduertendum præterea erit, quia medicamenta purgantia adiicienda neceſſario erunt, vt ea ipſa clementiora ſint & quadam aſtrictione iuuent confirmando robur ventriculi, ex quorum claſſe myrobalani vtiles erunt & interdum aliqua rhabarbari perexigua quantitas.

## Capvt XXXIII.

*Apozema in Affectibus calidis ventriculi refrigerans moderatè, cum aſtrictione & nonnihil ex iis quæ tenuis ſunt eſſentiæ, ſi purgans effeceris ex colagogis clementioribus,*

SCD Lyon 1

*bus & aſtrictione valentibus.*

Acc.glycirr.raſæ & parum contuſæ ℥.j.acetoſę cum rad.borrag.bugl.cum rad.portul. *Nam ventriculi incendium refrenat & mitigat & ſpiſſandi vi ventriculũ & eius actionem vnire poteſt ad coctionem melius peragendã; caue ne aſcribas lactucæ folia nec papau nec in capite nec in foliis, quia plus æquo refrigerãt quam portulaca. Ideo exhibita in febribus ardentibus quamuis ingens in toto corpore ſit æſtuatio poſt aſſumptionẽ ad aliquot horas & dies etiam ægri offenſionem in ventriculo ſentiunt: ideo in his decoctis huiuſmodi medicamenta vitanda erũt omnino:* roſtri porc.lẽticulæ aquaticæ, capill. ven.an.m.j.fol.mentæ tertia pars vnius manipuli, *vt iuuetur coctio ab iſto calido vt aſtringente medicamento, non augendus modus, ne præcipuo ſanationis ſcopo, qui in refrigerando conſiſtit, incommodet* ſem end. & portul. granor.Berberis an.ʒ.ij.quatuor ſem.frig. maio. an.ʒ.j.hordei mũd.p.j ziziph.*Nã incraſſando vim vniunt, & ſua humiditate leniente ardorem reprimunt:* prunor dulc.paſſ.cum gigartis, *vt hoc modo aſtrictione proficiant ad robor. ventriculum* an.par.x. *Si purgans efficere volueris* addes myrabol. citr. cum oleo amygdalar.dulc.confricatar.℥ ß. aut ʒ vj. Tamarindor.℥.j rhabarbar.opt. & in craſſas partes contuſi & in panno raro ligati ʒ.ii. aut iii.



SCD Lyon 1

*non tã calore officit quã bilẽ euacuando iuuat, ideo euacuata materia refrigerat, & maximè quod aſtrictione polleat: ſic in decoctione poſitũ, etſi vis eius purgandi quodãmodo euaneſcat, eã non tã exoptamus, quã aliquã aſtrictionem ſibi inſitã quæ robur vẽtriculi confirmat, ideo periti medici in reualeſcentibus ex febre vel morbo lõgiore in medicamentis purgantibus Rhabarbari puluerẽ admiſcere ſolent, eo ſcopo & conſilio, vt partes exolutas confirment & roborent,* triũ flor. cord. & mali perſici an. p. ij. flo. Nympheæ p. j. *non æquali menſura cũ aliis adiicies ne plus refrigeres quam par ſit,* fiat decoctio ad ℔. j. circa finem addes aquæ abſynthii ℥. v. quia *bilẽ per vrinas educendo valde conferre poterit,* in colat. diſſol. ſacch. roſ. q. ſ. quia *refrigerando aſtringit* clarificetur & aromatizetur cũ pul. diamargaritonis frig. & triaſantal. an. ʒ. j. addes oxyſacchar. ſimpl. *nam æſtuantem ventriculum refrigerat & corroborat,* ſyrup. de end. & capill. ven. an. ℥. ij miſce, fiat apozema pro quatuor doſibus, ſumat de mane quatuor horis ante cibum.

## CAPVT XXXIV.

### *De vſu apozematũ in morbis vẽtriculi frigidis.*

APozemata quæ affectib. ventriculi frigidis conferunt, iis medicamẽtis debẽt conſtare, quę cũ caliditate aſtrictione magis polleant, quam eſſentiæ tenuitate, vt ſemper ventri-

SCD Lyon 1

ventriculi robur, quod à frigido exoluitur plurimum, cōfirmare poſſint. Sed quia interdum humor lentus & viſcidus in ea parte cōſiſtit, vel leuiore vel moderata extenuandi vi prædita erunt, vt ad expulſionem præparetur, & flatus qui à frigiditate in eo plurimi generantur diſcutiant & moderate reſoluant vt ex aliquot ſeminibus odoratis: nam ſæpius flatus materiam diſſipant, ſpiritus naturales qui ſunt in ventriculo tantum ſecuncundum Actuarium, iuuant & reficiunt, calorem naturalem qui in ſpiritib. ſedem habet augent: cæterum medicamenta purgantia ſint leuiora & moderata & aſtrictione polleant: Agaric. autem & ſemen carthami vomendi promptis & paratis non adhibeantur, niſi hoc pathema nullam ſuſpicionem præbeat & humor multus aliqua ſui parte egeat ſubductione: racoma etſi bilem primo & per ſe exigat, pituitam ſecundario mouet, ideò in his affectibus ventriculi frigidis non leue præſidium & emolumentum affert, ſimul ac inſita aſtrictione corroborat,

## CAPVT XXXV.

*Apozema in ventriculi affectib. frigidis calefaciens aſtringens & quadantenus extenuans, flatuſq; diſcutiens ex phlegmagogis medicamentis vel leniter vel moderatè pituitam educens.*



SCD Lyon 1

Acc.cortic.citri ſicci *calore iuuat coctionem, cardiaca facultate ſpiritus inſtaurat, aſtrictione roborat* glycirr. raſæ & parum contuſæ *vt temperet*, rad.fœnic. *vt diſcutiat flatus* an.℥.j. rad.enul.camp.℥.ſ.mẽtæ, balſamitæ, ſummitat.thimi, borrag. Bugloſ. cum propriis rad. herbar.capil.an.m.j.fol. abſynth. tertia pars manipuli vnius, ſem.aniſi & fœnic. an. ʒ iij. *quia diſcutiũt flatus*, pruno.dulc. paſſul.mũd. ſebeſten. an. par. x. *Si purgans efficere expediat* Myrabolan.chebul.oleo amygdal. dulc. confricat.℥.ſ.polipod.querni. *quia ſemper ſeroſa abducit quibus etiam abundat ventriculus frigidior effectus* ℥. j. *in vomendi non promptis* medull.ſem. carthami leuiter contuſæ ʒ. vj. agaric.recent.trochiſcati ʒ.j.ſ. rhabarb. opt. in panno raro ligati ℈. iiij. trium flor cord. an.p.ij.flor.ſtœcad. & roriſmar. an.p.j. *Etſi Cephalica ſint medicamenta, ventriculo tamen recte accommodantur, nam è cerebro fluentem aut fluxam pituitam reſiccant & calore aromatico iuuant ventriculum frigidum*, fiat decoctio ad ℔. j.ſ. in colatura diſſol. ſacchari puriſſ.q.ſ.Clarific. & aromatiſ. cum pulu. aromatici.roſ.& diarrhod.abbat. an.ʒ.j.addes ſyrupi de mentha. & bugloſ. vel capill. ven. an.℥.ij.miſce, fiat apoz.pro quatuor doſibus, ſumat de mane quatuor horis ante cibum.

Ca-

SCD Lyon 1

## Capvt XXXVI.

### *De vſu apozematum in affectibus Hepatis.*

Apozemata & reliqua medicamenta quę hepati & affectib. eiuſdē præſcribuntur, ex horum materia conſtant quæ propriam & peculiarem vim obtinent ad idem mēbrum iuuandum, non minùsquam in aliis plurimis vt Gal. apertè demonſtrauit lib. de Theriac. ad Piſonē ferè ſtatim ab initio, & commentariis de compoſitione medicamentorū ſecundū genera à contrariis, rationis momenta & locos probationum inſtituit: nā vt experientia cōprobatum eſt, quædā eſſe quæ peculiarem quandā partem infeſtent, vt cāntharides veſicam exulcerāt, & lepus marinus ſolos pulmones: ſic etiam quædā exiſtunt medicamenta quæ ſingulares corporis noſtri partes iuuāt & afficiunt ſalutariter vt Bugloſſ. cor, eupatoriū hepar: etiam endiuia non parum cōfert hepati, præterea ex alia occaſione ſunt affectib. hepatis accommodata remedia: intellecta natura & conſtitutione hepatis; quia multis venis & earum oſculis intercurſantibus hepar eſt conditum, ideo facilè laborat obſtructionibus & à craſſis infarcitur, ex Gal. lib. de compoſ. med. ſecundum partes: igitur quæ obſtructiones aperiant & ab infarctu liberent, hepati neceſſaria erunt medicamenta, qualia plurima ſunt amara,

SCD Lyon 1

quæ expurgant, & terrea ſubſtantia viſcus roborant. Porro cum hepar ſit generandi ſanguinis officina, ſedes & domicilium ex omnibusqui ibi gignuntur ſuccis, impuritas vel æſtuatio contingere ſolet, vt ex bile quæ ibi generatur; ideo quæ ſanguinem emũdãt & ardorem extinguunt, vt in humorum aduſtione vel incipiẽte, vel inueterata, qualis accidit in pſora, lepra, elephantiaſi, talia medicamenta, vt cichorium, oxylapathum, fumaria & ſimilia accipienda erunt in primis: ac deniq; purgantia medicamenta præſcribenda, quæ effreni motu & pernicie non agant, ſed mediocritate in affectibus tum calidis tum frigidis humorem peculiarem noxium exigant: quare rhabarb. à quibuſdam hepatis medicina nominatur, nam pręterquam quod euacuat, aſtrictione roborat. Itẽ vt hæc ipſa omnia medicamenta non modo immutando, ſed & purgando melius ſuas vires exerãt, miſcenda erunt aromatica, vt ſemina quædam odorata, vel alia medicamenta vt ſpica nard. ſchœnanthos, cinam. Santali, lignũ aloës, vt vel calida aromatica facultate naturalẽ partis tẽperiem & ſpiritũ foueant, vel frigida aromatica eodem modo proficient, inſtaurando ſpiritus, & quadam aſtrictione confortãdo cuiuſmodi ſunt omnia ſantalorũ genera & verũ ſpoliũ Arabum.

CAP.

SCD Lyon 1

## CAPVT XXXVII.

### *De apozematis in affectibus hepatis calidis.*

APozemata ſeu decocta quæ in affectib. hepatis calidis vſurpari ſolent, parantur ex medicamentis quæ refrigerant cum tenuitate partium & leuiter aperiant, & ſanguinem calidum mitigent & temperent, addi poterunt medicamenta purgantia vt rhabarbar. in primis vtile, quamuis calidum, vacuata materia calida refrigerat: item quæ bilem exigunt cum frigida qualitate ac temperatura, vt tamarindi, ſennæ folia, aut folliculi, quia ſeroſa & aduſta repurgant: caue ne præſcribas myrabol. cum euidens eſt obſtructionum indicium.

*Apozema in affectibus calidis hepatis refrigerans cum partium tenuitate leniter aperiens, purgans bilioſa, ſeroſa & aduſta.*

Acc. rad. gram. aſparag. & acetoſæ, *citra calorē manifeſtum aperiunt obſtructiones,* glycir. raſæ & parum contuſæ an. ℥ j. end. non lotæ *præſertim accōmodata calidis hepatis affectibus,* ſcariolæ, cichorij, ſummitat. fum. & lupulor. *frigiditate valent & ſuo amarore purgāt,* acetoſæ, roſtri porc. herb. capil. quāuis poſt adiantū quēdā calorē habeāt reliquæ capillares, non ita excedūt in aperiēdo obſtructiones, in affectibus calidis à bile vitellina valde

SCD Lyon 1

*auxiliantur* an.m.j.eupator.*quia hepar iuuat, ſed minori mē ſura propter calorē* m.ſ.quatuor ſem.frig.mai end.portu.an.ʒ.ij hordei mūd. p.j.prunor.paſſul.mund.an.par.x. *Si purgans efficere neceſſe ſit polipod.* querni recentis tamarindor.an.℥.j fol.ſennæ orient. mundatar. ʒ. vj.*& cum ſunt aduſta ſanguinis recrementa ex ſumma hepatis caliditate* epithymi recentis ℥. ſ.*& ſi robur addere voles cum leniori purgatione aſtringente medicamento.* myrabol. citrina, cum oleo amygd.dulc. confricat. ʒ.ij. trium flor cord.p.ij.fiat decoctio ad ℔ j.ß.in colat. diſſol.ſacchari albiſſ. q.ſ. *vel cum purgationē maiorem efficere voles, in apozemate & bilioſa & ſeroſa ſubducas,* ſyru.roſ.ſolu.℥.iiii.aut ℥.v. paulo antea ſaccharo adiecto: permiſcebis rhabarb. opt. in panno raro ligati & inter clarificandum fortiter expreſſi ʒ.ii. *cum addere volueris racoma, detrahas* myrabolanos: *ſi plus purgandum foret cum leniore aſtrictione à medicamento relicta;* ſpicæ nard. ℈ ii. pulu. diarrh.abbat.ʒ j.ſ.addes ſyrup.de end.ſimpl. *ſi magis aperire conſilium ſit* ſyrup. de end. compoſ.& ſyrup.de fum. an.℥ ii. miſce, fiat apozema pro quatuor aut quinque doſibus, ſumat de mane ante cibum.

## CAPVT XXXVIII.

*De vſu apozematum in morbis hepatis frigidis.*

Apoz.in affectib. frigid. hepatis ex eiuſ- modi

SCD Lyon 1

modi medicamentis confici poterunt quæ non tantum calfaciunt, ſed & obſtructiones multum aperiũt; nam omnis frigida intemperies, ſiue ſolitaria, ſiue cum humoris influxu magis, vias hepatis occludit & coarctat venarum ſpiracula, cum humor præſertim adeſt, infarcit; ideo quæ potẽter obſtructiones expediunt & vias hepatis liberas reddũt, iis affectibus in primis neceſſaria erunt; prętcrea medicamenta purgantia quæ pituitam eliciunt & ſeroſa etiam ſubducunt præſcribenda erunt; Nunquam prętermittenda tum ea quæ leuiore adſtrictione viſcus roborãt, & quæ cognatione idem membrum iuuant maxime omnium miſcenda erunt.

*Apozema in affectibus frigidis hepatis aperiens ab infarctu liberans & lentos humores extenuans ex phlegmagogis & hydragogis pituitoſa & ſeroſa repurgans.*

Acci. quinque radices communium aperitiuarum in vino albo maceratarum, *vt magis aperiant* glycirr. raſæ & parum contuſæ *vt leniat & temperet*, an. ℥.j. rad. Enul. Camp. *ab infarctu liberat*, rad. Pentaph. *mediocrem aperiendi vim habet & aſtrictionis non eſt expers, ideo hepar confirmat*, an. ℥.ſ. Eupat. quamuis ſit Meſuæi, Auic. & Pharmac. *ab infarctu vias expedit*, agrimoniæ, *quæ verũ eſt Eupat. Dioſc.*

SCD Lyon 1

*& Gal. ideo hepati ex Gal præcipuè amicum.* Chamed. Chamępyt. *aperiunt enim obſtructiones* Pimpinell. Piloſellæ *etiã obſtructiones liberant, vt in febribus à varia materia ortis. Quales ſunt febres erraticæ plurimũ conferunt,* hepaticæ terreſtri *ex Neotericorũ obſeru. plãta hepati cõmoda cenſetur* herb. Capillat. Borrag. Bugl. cum propriis rad. an. m. j. Endiuiæ, Tenellæ & Cichorij, *quia temperant reliqua calidiora & hepar iis gaudet imprimis, minori modo adhibenda ne præcipuũ ſanationis ſcopum impediant,* an. m. ſ. ſem. apii petroſ. *potenter. n. aperiunt obſtructiones,* aniſi & fœniculi, an. ʒ. ij. Cicer. rub. p. j. prunorum dulcium par. viij. paſſularũ mundatarũ par. xii. *quia carni hepatis ſimiles ſunt & coquendi virib. valent, abſtergunt & confortãt, hepati præſertim auxiliari, ſcribit Gal. lib. de compoſ. medicamentorum, ſecundum locos in probanda & examinanda compoſitione xipheos, horum ideo doſim hic augere magis expediet, quam prunorum modum & menſuram; Si purgans efficere volueris, addes* medullæ ſem. Cartham. leniter contuſæ ℥ j. *pituitam enim & aquas educit :* Polipod. querc. recen. & fol. ſem. orient. mund. an. ℥ ſ. Agaric. recenter trochiſc. ʒ. j. Rhabarbar. opt. in craſſas partes contuſi & in panno raro ligati, ʒ. j. vel ℈ iiij. *quia eſt medicina hepatis & confortat,* cuſcutæ, *aperit obſtructiones*

SCD Lyon 1

*& mundificat hepar cum caliditate*, trium florum cord. geniſtæ, & ſambuci, an. p. j. fiat decoctio ad ℔. j. ß. In Colatura diſſolue ſacchari, q. ſ. clarificetur & Aromatizetur cum puluere Cynamomi electi & diarrhod. abbat. an. ℥. j. addes Syrup. de Eupat. ſi paratum inuenias in officinis, ſin minus eius loco Syrup. de Byſant. ℥. iij. Mellis roſati colat. ℥. ij. Miſce, fiat Apozema pro quinque doſibus, ſumat de mane quatuor horis ante cibum.

## CAPVT XXXIX.

### *De apozematis ſplenis.*

APozemata reliquave medicamẽta quæ in ſplenis tum calidis tum frigidis affectibus vſurpantur, quędã peculiaria illi parti habere debent, vt Capparim vel eius corticem, ſcolopendriam, acetum ſimplex, vel compoſitum vt Stilliricum, quę ſemper aliis medicamentis miſcenda ſunt, vt aperire valeant, vt ſcripſit Auenzo. Eo ſcopo vt reliqua medicamenta ſpleni accommodata ad illum ipſum vergant & deducant, nam hoc membrum nutritur, ſeu potius fouetur, & voluptate fruitur acidis. Ideóque talem ſaporem in ſe ſplen continet: Ex ea familiaritate prompte reliqua alia ſecum trahit, & ob id cum facilitate vtiliora reddit.

SCD Lyon 1

alia præſidia. Ideo Auicenna ait acetum, ingredi debere in Curatione affectuum ſplenis, in cauſa calida alterando & aperiendo & medicamenta deferendo, vt in frigida præſidia deducendo, incidendo & extenuando; ideo & præterea monet commodius eſſe vt ſingula medicamenta adhibita ſpleni ebibãtur cum Syrupo Acetoſo, aut cum aceto & vt fiant & parentur ex illis ipſis emplaſtra commiſta & temperata cum aceto, Cæterùm cauendum ne quantitas horum acidorum exuperet, etſi ſpleni familiaria iudicentur ab Arabibus quia humorem Melancholicum ob conſimile temperamentum, (ſcilicet quia acetum frigidum & ſiccum) nimis augerent, vt faciunt ea quæ acida ſunt omnia, præſertim dum ſplenis affectu à frigiditate pendent & oriuntur: ſplen autem cum eo craſſo & limoſo infarciatur humore, neceſſario erunt medicamenta, incidentia & extenuantia & ab infarctu liberantia: ob id Cappar. non ſolum inſita vi ſpleni auxilium affert, ſed & ſuo amarore meatus liberat & expedit: Cardiaca item medicamenta quæ lætitiam afferunt vt Borrag. & Bugloſſ. vtilia erunt propter humorem melancholicum à quo magna ex parte ſplen laborare ſolet: Itaque neceſſe eſt diſtinguas, quomodo diſcriminentur inter ſe

ſpleni

SCD Lyon 1

ſpleni accommodata remedia, cum iis ipſis quæ hepati adhibentur: Nam in ſplene talia eſſe debent, vt magis ſint acria, ob id acetum non eſt hepati vtile, ſed ſpleni amicum & omnia medicamenta ſplenitica prædita ſint oportet vehementiore virium gradu ſeu aperiendo, ſeu extenuando, ſeu incidendo & expurgando, indicatione ſumpta tum ex ſitu loci, tum ex humoris conditione: Nam ſplen longius abeſt quàm vis integra medicamentorum æquè perduci valeat vſque ad hunc locum, ſicut hepar: ex cõditione deinde & natura humoris melancholici craſſioris, qui ſuperabundat & multum reſiſtit terrea ſubſtantia, & craſſiori mole non cedit medicamentis, vt alii tenuiores quibus hepar plerunq; turget, quam illo limoſo recremento; addas licet in roborantibus medicamentis quæ ſpleni adhibentur magis neceſſarium vſum in hepate, quia nobilius vſu, & toto corpori in primis neceſſarium, eam ob cauſam quæ roborant, vel quæ prædita ſunt quadam propria vi & aſtrictione, minus erunt in ſplene vſurpanda, quum membrum ſit altero ignobilius: ad hæc quia talia aſtringentia obſtructiones efficiunt, quę plurimæ in ſplene accidere ſolent, vitanda erunt. Medicamenta autem purgantia melancholicum humorem educant neceſſe eſt, &

SCD Lyon 1

quia obſtructiones interdum non ſolum ab humore melancholico gignuntur, ſed etiam à pituitoſo, ideo phlegmagoga conducent. Itaque ante omnia deligenda erunt atram bilem purgantia, & vt cum illis viribus ſanguinem atrum & caliginoſum emendent, & ſeroſa & aduſtos humores euacuent.

## CAPVT XL.

### *De apozematis in morbis ſplenis calidis.*

APozemata in affectibus ſplenis conſimilia eſſe debent cum illis ipſis quæ affectibus hepatis præſcripta fuerunt, in hoc tamen vel paululum mutare expediet, vt loco Eupatorii, quod adhibebatur hepati amicum, in Apozemate quod in affectu ſplenis calido conueniet, cœterac. vel ſcolop. tantundem ad m.ß. adiicies, circa finem permiſcendus erit Syrupus acetoſ. ſimpl. in loco aliorum ad ℥.ij vel iij. Nam plerunque quæ aciditate valent, ſpleni ſunt familiaria refrigerando, vt in inflammationibus ſplenis ardorem & incendium remittit, nec deeſt extenuandi vis, qua humorem ex inflammatione quadam aduſtum, ob id craſſum diſſecare poſſit. Apozemata quæ in frigidis affectibus ſplenis accommodantur & à craſſo humore natis, ex horum præcipua materia conſtant,

SCD Lyon 1

conſtant, quæ valenter deſiccare & extenuare potentes ſunt, obſtructiones aperiendo, ab infarctu expurgãdo deſtinata ſunt. Nam hoc limoſum recrementum & craſſam extenuationem vt mole replet & obſtruit, aperientibus & expurgantibus eget, ſiue atra bilis ſit, & ex ſanguinis fæce craſſum & melancholicum, ſiue pituita, ſed raro ſola, ſed permixta; vas venoſum, vel ſplenis ſpiracula præcludens; hinc ergo fit vt ex ſplene ſuo male officio fungente, vel ad expellendum, vel ad minus probe attrahendum; durities, inflationes, tenſiones, ictericia nigra, quartanæ, Elephantiaſis, varices, cachexia & plerumque hydropes ſubſequantur, & ob huiuſmodi hydropem non minus quam ex vitio hepatis, ſtrangulato calore naturali, hepar ſibi vicinum trahat in conſenſum, vt ex probo ſanguine vel flatus, vel aquas aut pituitam generet ex quadam conſecutione, quare in iis apozematis affectuum ſplenis frigidis miſcebimus medicamenta, quę ſimul flatus diſcutere valeant, aquas ducere vel exſiccare, adeo vt communia ſint cum illis quæ hydropi ab hepate genitæ per ἰδιοπάθειαν & πρωτοπάθειαν præſcribi ſolent.



BIBLIOTHEQUE LYON UNIVERSITAIRE
SCD Lyon 1

## CAPVT XLI.

*Apozema in affectibus ſplenis frigidis recalfaciens, extenuans, aperiens, ab infarctu liberans, nigra deijciens, ſeroſa, aquas & pituitam euacuans, vt in hydrope, vel propter ſplenis vel hepatis vitium accommodatum.*

ACcipe quinq; rad. com. temperatarum in aceto *propter ſplenem: ſi vero hydrops impendeat propter primarium hepatis vitium cum vino albo*, an. ℥ j rad. Enul. Camp. cort. rad. Cappar. *præſertim ſpleni accommodatus*, & cort. mediani fraxini & ſambuci, *potenter enim aperiunt & ab infarctu liberant*. Cortic. Rad. tamariſ. *adhibētur interdum, nā tota hæc planta ad ſplenis affectus eſt accommodata*, an. ℥ ß. ſummit. tamariſ. omnium Capillar. in quibus eſt ſcolopendris, filicis, *præcipuas vires obtinent ad affectus ſplenis perſanandos* Borrag. Bugloſſ. cum propriis radicib. lupul. *cum calore quodam expurgant & ſanguinem educunt caliginoſum*, Chamedrios, Chamepit. *amarore expurgant*, Pimpinell. Piloſell. *obſtructiones aperiunt, & cum hydropi erit medendum* braſſicæ marinæ, *nam ſiccandi facultate aquas abſumit, ſalſa & nitroſa eadem abſtergit*, an. m. j. ſumm. fum. *quæ etſi frigida ſit, amarore tamen ab infarctu liberat & temperat ta-*

lidiora

SCD Lyon 1

*lidiora ne hepar inflammari queat in tranſitu aliorum,* Cichorij *eodem modo præſtat*, an.m.ſ. ſeminum viticis & rutæ ſilueſtris *præcipuè affectibus ſplenis adhibentur, nam valenter humorem craſſum & melancholicum diſſecant, calore acrimonia & tenuitate partium*, an.ʒ.ij. ſeminis apij, petroſel. *permultum aperiunt*, ſem.aniſi & fœniculi *flatus diſcutiunt quibus abundant Melancholici*, ʒ.j.ſ. ſemin. End. & portul. *Etſi frigida, ſpleni accommodata, vel mediocri vi aperiendi, & aliqua tenui eſſentia prædita, reliqua calidiora remittunt & temperant*, an.ʒ.j. Cicer rubeor. vel nig. *ſi inueniantur, meatus aperiēdo, ſeri & vrinæ excretionem promouent*, p.ij. prunorum acidorum, aliquatenus dulcium, *eo enim magis ſpleni conueniūt quam omnino dulcia*, paſſularum mundatarū, *in hydrope præſertim ex affectu ſplenis orta, auxiliantur*, an.par.xij. Si purgās efficere voles vt plerunque conuenit in his affectibus, vt humor expulſioni rebellis per partes ſubducatur, addes fol. ſennæ orient. mundat. epithimi, nigra enim deiiciunt, polĭpod. querc. recentis, *ſeroſa & aduſta euacuat*, an.℥.j. & *quia humor pituitoſus interdum obſtruit, vel multus generatur in hydrope leucophlegmatiæ*, medul.ſemi. Catth leuiter cōtuſę. vel æquali addes menſura vel ad ℥.j.ſ. *cùm viſcera roborare velis*, Myrabol.Ind.&Cheb.an.ʒ.ij.ſucci


SCD Lyon 1

rad.ireos, *cum magis purgare tētas hydragogo medicamento ad aquas educendas ad* ℥ ß. Quidam auſi ſunt tantundem turpeti aſcribere. ſed quia verum non reperitur periculo non vacat, ſatius eſſet eius loco agarici recent. trochiſc. æquali menſura præſcribere, folia dictammi, etiam vulgaris, *à nobis probatum fuit ſua ſiccitate aquas abſumere vel eaſdem propellere & quodam ſuo amarore expurgare*, ℥. ß. flor. geniſtæ & ſambuci *non ſolum aperiunt obſtructiones, ſed & aquarum excretiones iuuant*, flor. tamariſci *propter ſplenem*, flor. Roriſmarini *calore & odore aperiunt obſtructiones*, an. p. ij. trium florum cord. propter humorem melancholicum an. p j. fiat decoctio ad ℔. j. ß. in colat. diſſ. ſacch. q. ß. clarificetur & aromatizetur, cum pulu. diacucurm. mai. In hydrope eſt magnopere efficax, pulu. diarrhod. abb. an. ℈. ij. Cinam. Electi: *& ſaporis gratia commendatur & calore & tenuitate eſſentia, in affectibus frigidis hepatis & ſplenis cum maximis obſtructionibus eſt præſidio*, ℥. ß. addes Syrup. de Epithymo ſi paratus in officinis inueniatur vel eius loco Syr. de ſcolop. ℥. iij. Oximellis ſcyllitici. vel mellis Roſ. colati, ℥. ij. Miſce, fiat apozema pro quinque doſibus. Cap. de mane quatuor horis ante cibum.



SCD Lyon 1

## CAP. XLII.

### *De Apozemate pro renibus.*

APozemata ſeu decocta in affectib. tum calidis tum frigidis renum & veſicæ neceſſaria: ex his medicamentis conſtare debent quæ inflammationes mitigent, vrinæ ardorem reprimant, vlcera abſtergant, cum morbi illarum partium calidi ſunt & à materia calida oriuntur: in affectibus verò frigidis vt obſtructione à pituita lenta, vrinæ ſuppreſſione, calculo renum & veſicæ, cum corpus fuerit probè repurgatum, nulláque ſuſpicio adeſt in reliquo corpore, ex cacochymia, humoris influentis in vrinæ vias; tum adhibenda quæ potenter incidant, extenuent & calculos comminuant; minus vero ſi corpus ſit impurum vſurpanda erunt talia medicamenta, ſed magis lenientia & abſtergentia, quæ vel leniter vel mediocriter vrinæ meatus & ductus adaperiunt. Cæterùm medicamenta purgantia non erunt præſcribenda, niſi ad præſeruandum, cum humores craſſi & lenti in toto corpore fuerint collecti, & per partes ſubductione egent, nonnunquam adiicienda erunt: humor magis lenientib. & abſtergentibus medicamentis ad



SCD Lyon 1

expulſionem habilis promptúſque reddetur, ex quorum genere ſunt dulcia quæ leniendo & lubricando valent, addas licet & amara, expurgando proficiunt vt ad expulſionem humor rectius diſponatur.

## CAPVT XLIII.

### *De vſu apozematum in affectibus renum calidis.*

APozemata quæ in calidis affectibus renum & veſicæ parari poterunt iis viribus ſint prædita medicamenta neceſſe eſt, quæ refrigerent interdum incraſſando, vt in ardore vrinæ, & vlcere veſicæ, & initio inflammationis: Nam ſi frigida tenuium partium, ob id aliquo modo vrinas mouentia præſcriberentur, inde periculum exiſteret, ne ex vrina ducta per eoſdem ductus cum ſemper acris ſit plus minúſve pro variis cauſis, partes ardore, inflammatione, vlcere, afflictas exerceret: ob id moueret dolores, qui fluxionis de nouo irruentis cauſę exiſterent ad augendos huiuſmodi affectus; ſed tamen cum horum non eſt magnitudo, & refrigerando plus valent quàm tenuitate eſſentiæ, ne vrinas ciendo officiamus, etiam talia medicamenta erunt miſcenda, vt humores calidi frigiditate reprimantur, & tenuitate eſſentiæ prompte in vrinæ vias præterfluant, reliquo-

SCD Lyon 1

reliquorum medicamentorum delationem promoueant, & quadantenus accelerent; verum purgantia medicamenta alioqui non ſunt præſcribenda in affectibus renum & veſicæ, ne partes alterent & motu ſuo recalfaciant.

## CAPVT XLIV.

*Apozema in affectibus calidis renum & veſicæ & fiſtulæ vrinariæ, refrigerans, leniens, incraſſans aliqua ex parte, & nonnihil cum tenuitate partium aperiens & abſtergens.*

ACcipe glycirr. raſæ & parum contuſæ, ℥.j.ß. vel ij. *lenit, mitigat, aperit, leniter abſtergit*, rad. altheæ ℥ j. *cum abſterſione mitigat*, fol. portul. *cum vigent, incraſſant, reprimunt calorem feruidum*. Cichorii, End. tenellæ, ſcariolæ, *cum frigiditate tenuitatem eſſentiæ habent*, Borrag. Buglo. cum prop. rad. Capill. ven. *quia tẽperatæ, ideo nihil incõmodant*, an. m.j. ſemin. altheæ, mal. & bombacis, *quia leniunt & mitigant*, an. ʒ. ij. ſemin. Melonum leuiter contuſorum, *vt non tam valeant tenuitate eſſentiæ quam refrigerando polleant etſi turbulentius parum reddat apozema, ad ſanationem vtilius fiet hoc modo paratum*, ℥. ß. ſemin. pap. albi & lactucæ, *Incraſſant & vrinæ*

SCD Lyon 1

*ardorem remittunt cum aliqua leniendi vi vt omnia lenta & glutinoſa, alia magis, alia minus*, an. ʒ.j.ß. hord. mũd. *abſtergit, lenit & ſua quadam viſcagine non obſtruente ardorem & ſiccitatem remittit. Eius ideo menſura & modus erit in augendus plus quam in alius apozematis*, p.ij. prunorum dulcium, paſſularum mundatarum, iuiubarum & ſebeſten, an. par. xij. *hi enim fructus miſcendi quia leniendo & abſtergendo valent; modo dolor capitis & vertigo non ſit, addes* carnes dactylor. par. vj. *Nam præterquam quod leniunt & abſtergunt hepar & alias partes aſtringunt, nonnihil ergo roborant & fluxionis impetum cohibent.* trium florum cord. & Nymph. an. p.j ß. fiat decoctio, ad ℔.j.ß In colat. diſſol. ſacchari albi & penidiar. recent. *cum magis lenire & abſtergere tentas, ad ardorem reprimendum & leniùs aſtringendum* ſacchari Roſ. *ad magis incidendum ſi quando permiſtus eſſet humor lentus, vel ſabulones in viis vrinæ inhæſerint* ſac. cand. an. q.ß. Clarificetur & aromatizetur, cum parte diatraganti frig. ſine Caphura & diamargar. frig. aut triaſantali, ʒ j. addes Syr. violac. *leniendo plurimum valet*, ℥.ii. aut Syrup. de End. Capill. ven. ℥.ii. Miſce, fiat Apozema pro quinque doſibus, ſumat de mane quatuor horis ante paſtum.

CA-

SCD Lyon 1

## CAPVT XLV.

APozemata in affectibus renum & veſicę frigidis ex iis conſtabunt medicamentis, quæ recalfaciunt moderatè, vt in Nephritico renum & veſicæ pathemate. Si vero plus æquo caliditatis gradu exuperarent; ex materia viſcida, lenta & craſſa & in toto corpore impacta, quod tenue eſſet promptè diſſoluerent & quod craſſum eſt in tophi & calculi generationem nouam conuerteretur, quare infra ſubſiſtendum erit huiuſmodi calorificis medicamentis ſimul ac extenuantibus & aperientibus: Miſcenda inprimis vel leuiora, vel quæ maximè omniũ leniant, ſiue dulcedine & leui humiditate, ſiue amarore polleant. Cum præcautionis in curando conſilium adhibetur purgantia quædam medicamenta præſcribenda erunt, quæ pituitam & excrementa ſeroſa repurgent: Cauendum à foliis aut follic. ſennæ, præſertim cum in veſica malum ſubeſt, vel vlcus præſens eſt aut de inſtante à coniectura adeſt: Nam omnibus membranoſis corporibus detrimento eſt, flatus & tormina gignendo, incitat diſtenſiones, ob id fluxioni locum magis aptum reddit. Itaque cauendum erit in doloris inſultu à calculo vel à lenta pituita vel à colluuie vlceris & ſabulonibus deuolutis in vaſa

SCD Lyon 1

vrinaria à medicamentis purgantibus etiam in iis frigidis affectibus. Ne in ea exacerbatione & doloris tormento dolorem acerbiorem inducamus & facile fluxionem nouam concitemus.

## CAPVT XLVI.

APozemata quæ in affectibus renum & veſicæ frigidis præſcribi ſolent, vel poſt minuens medicamentum cum leuioribus conſtare debent præſidiis & medicamentis, quæ aperiant obſtructiones, vel à craſſis & lentis humoribus genitas ſolum, vel à ſabulonibus, vel à calculo, vel à ſanguinis grumo vel à tumore & caruncula præter naturam in vrinaria fiſtula, vel denique à multa & craſſa puris colluuie in vlceribus harum partium obortis, diſſecent, expurgent, vrinas moueant, calculos comminuant & vlcera abſtergant. Si poſt purgationem à medicamento Cathartico factam medendum ſit, citra doloris nephriticæ paſſionis inſultum, medicamenta iam numerata valentioribus viribus ſemper polleant, de quorum exacta notione & obſeruatione ſuo loco poſtea ſigillatim dicemus, cum ſeriem medicamentorum catharticorũ adſcripſerimus. Notandum tamen hîc ea medicamenta vtilia eſſe quæ vrinas ducant, quorũ ratio varia eſt & ſola probe definita in methodo à Gal. calida

& ſicca

SCD Lyon 1

& ſicca eſſe & tenuium partium, vt primum ſanguinem fundant & liquent: ex fuſione ſecretio ſequitur, ob id ſecernũt tenue à craſſo, hinc igitur vrinas proliciunt; alia ſunt temperata natura vt inſigni caloris aut ſiccitatis gradu haud polleant, ſed mediocri qualitate aut tenuitate partium idem efficiant, alioqui non expreſſa à Galeno, ſed à recentioribus notata & vſurpata, ex quorum genere ſunt adianthi ſpecies: præter ea & alia aſcribuntur, quæ etſi frigida ſunt, tenuitatẽ eſſentiæ non minimã præ ſe ferunt, ob id vrinas cient & illa ipſa præſertim accõmodata calidis affectibus, vt intib. quatuor ſem. frig. maior. addas licet omnia quæ maiore humiditate ſcatent, & aqueæ ſunt naturæ, modo facultas expultrix valida ſit, vrinæ molem & quantitatẽ deiiciunt, ideo vrinas impellunt; poſtremo quædã ſunt eiuſmodi, quæ ex aliqua cõſecutione dũ impedimenta tollũt ſibi & vrinæ percolandæ vt in viis exſiccatis & exaſperatis ab arenulis eas leniunt & abſtergunt, vt oleum amygd. dulc. fructus dulces, paſſulæ, iuiubæ, ſebeſten ſua viſcagine in decocto relicta, lubricando ſabulones detrudunt, ob id viã vrinæ facilẽ parant. Quæ calculos frangunt, in his affectibus etiam adiici poterunt quæ non eximiè recalefaciunt & extenuant, ne calculi humiditatẽ abſumant,

SCD Lyon 1

& quod craſſum expulſioni ineptũ reddant: amara potius ſint ex Galeno lib. de Compoſitione medicamentorum ſecund. partes, ſimul ac cum dulcedine abſtergendo vtilia eſſe poterunt vt materiam calculi proximam expurgent & detrahant, vel comminuant calculum etiam genitum. Duplex verò exiſtit calculus, vel è Renibus & is minor, ideo leuiora calculum frangentia medicamenta efflagitat: vel in veſicã deuolutus & ſubinde magis impactus & auctus à pituita lenta copioſiore ibi collecta in loco ampliore; vel inibi prius factus qui ſenſim in veſica coierit: vehementioribus. medicamentis eundem calculum frangentibus pugnãdum erit, & præſertim cùm vniuerſalis præceſſerit purgatio, nec tormentum fatigat doloris vt quietis tẽpore. Itaq; medicamenta purgantia alioqui præſcribẽda non ſunt, niſi prius corpore perpurgato & dum doloris non adeſt acerbitas, reliquiæ adhuc pituitæ permaneant quæ aliquam euacuationem expoſtulent. Interim tamen hoc erit peragendum, vt in his apozematis, cum medicamentum minuens exhibitum fuerit & doloris vacuitas erit; corpore à pituita multum oppleto, & humores per partes ſubductione egere videãtur, à quibuſdam medicamẽtis phlegmagogis iuuari poteſt & hydragogis, non vehemẽtioribus, ſed

SCD Lyon 1

ſed leuioribus aut mediocribus. In quorum numero collocatur agaricus, qui etſi nauſeam & vomitum excitet, hoc modo etiam nonnihil iuuare poteſt, nam vomitu excitato, ex ventriculo multa pituita extrahitur & reuellitur quæ ad calculi generationem materiam ſuggerebat.

## CAPVT XLVII.

*Apozema in affectibus renum frigidis, moderatè recalfaciens, aperiens obſtructiones, vrinas mouens, calculos comminuens & abſtergens, & cum interdum purgans efficere voles ex medicamentis phlegmagogis & hydragogis, pituitam, aquas & ſeroſa ſubducens.*

ACcipe quinque rad. communium temper. in vino albo, glycirr. raſæ & parum contuſæ, *Illa enim ex Gal præſertim exſiccata, calculos frangit & vias ab arenulis exaſperatas blande lenit,* an. ℥ j. rad. Enul. Camp *amarore non ſolum ab infarctu liberat, ſed & calculos frangit.* Rad. altheæ. *Nam præterquam quod emollit & lenit, calculos etiam frangit*, Radic. Nymph æ *accommodata eſt calculis veſica conterendis*, an. ℥ ß. Betonic *ab infarctu amarore ſuo liberat, diſſecat, & calculos minuit. Ideo ſaxifraga* dicta à Galeno lib. de Theriac. ad Piſ. Elaphoboſci. *item effi-*

SCD Lyon 1

*cax eſt ad calculos frangendos*, fol. Lythoſp. ſaxifragæ *& in vlceribus veſicæ ad probã abſterſionẽ*, Equiſeti, Pimpinellæ, Chamed. Chamep. herbar. Cappil. ex Galen. *adiant. calculos renũ ſolum comminuit, reliqua vero Capillares eſſentiæ tenuitate magis aperiunt obſtructiones*, an. m. j. Cichorii fumar. *Etſi frigiditate ſanationi obſiſtere videantur, ſuo tamen amarore iuuant & contẽperant reliqua calidiora.* End. tenellæ *tenuitate eſſentiæ vrinas mouet & frigiditate tẽperat*, an. m. ß. granor. halicacabi, *potenter enim incidunt & calculos frangunt renũ & veſicæ, ad idem valent Baccar. Iuniperi (in veſicæ Calculis præſertim hæc adijce, )* an. ℥. ij. ſemin. aniſi, fœniculi & Liguſtici, an. ℨ. j. ß. Cicer. rub. *aperiunt & vrinas mouent*, p. j. prunorum dulcium, paſſul. rum mundatarum, iuiubarum & ſebeſten, *dulcedine abſtergunt & vias à ſabulonibus exaſperatas leniunt*, an. par. x. Caricar ping *Etſi apozema reddãt craſſum, ſua viſciditate non modo leniunt, ſed ad calculi comminutionem effectum aliquem præbere compertum fuit*, par. v. Si purgans efficere ſit opus addes polipod. querc. recent. *aquas ducit*, medullæ ſem. Carth. *leniter conuſæ pituitam & aquas euacuat*, an. ℥. j. ß. agaric. trochiſc. ℥ ß. *Caue fol. ſennæ aſcribas præſertim in vlceribus veſicæ, nam tormina parit & tenſione dolorem infert*, flor. geniſt. *vri-*

SCD Lyon 1

*nas valenter mouent*, flor. ſambuc. Roriſm. ſtœcad. *amarore expurgãt, & acrimonia quadã incidũt & leniter extenuãt*, an. p.j fiat decoctio ad ℔.j.ß In colatura diſſolue ſacchari q. ß. ſacchari Candi, ℥.iii *Incidit & calculos frangit & leniendo valet*, clarificetur & aromatizetur Cum pulu. Cynam. Electi & diarrhod. abb. *contemperat & mediocriter aperit, cum aſtrictione roborat* an. ʒ ii. *cum verò potentius magnos calculos magis veſica quam renum terere voles, addes* pulu. Lytontri. ℈.ij. Syr Cappil. ven. ℥. iii. Oximellis ſcillitici, *calculi cauſam propinquam, lentam pituitam diſſecat & extenuat & calculi fragmenta quodammodo ſeparat vt facilius expellantur* ℥.ii. Miſce, fiat Apozema, Capiat de mane quatuor horis ante cibum.

## CAPVT XLVIII.
### *De apozematis pro vtero.*

APozemata & decocta quæ affectibus vteri calidis & frigidis exhiberi poſſunt, ex iis medicamentis conſtare debent quæ inſita virtute & peculiari dote, cum eo ipſo membro familiaria ſunt: ea vero duplici ordine collocantur, vt ſunt primo odorata & quæ ſuauem ſpirant odorem, illis ipſis recreatur vterus & fœtentia abhorret, ideo in



SCD Lyon 1

præſenti pathemate, ne vterus magis ſurſum retrahatur naribus ſuffienda damus, quæ tetrum efflant odorem, vt bitumen, Caſtoreum, galbanum, perdicis pennas combuſtas & ſimilia: ſubdemus autem bene olentia medicamenta ad quæ ſequitur vterus velut amplexus quidam ab amica ſua. Ideo ergo odorata accommodata ſunt; & ſi claram rationem curioſius exquirere voles non aliter fit; præterquam quod vterus cum ſit membranoſus, ideo frigidior, & ex reliquo corpore, in eum tanquam in ſentinam ſæpius confluunt multa excrementa, vt pituitoſa, ſeroſa; vaporoſa ob id aromatica & ſuaui odore ferientia, cum ſint calida vteri frigiditatem emendant, penetrando aperiunt & diſcutiunt eiuſmodi recrementa; quæ autem grauiter olent calida, quia ſecundum proportionem à primo ortu non fuere concreta & bene temperata, nec talem æqualitatem ſubſtantiæ præ ſe ferunt, ideo ab vtero ceu aſpernantur, veluti illi membro inimica & infeſta. Deinde quędam etiam vtero peculiari virtute ſunt accommodata, vt mercurialis, quæ ideo ratione perſpicua ſalutaris cenſenda eſt, quia nitroſa ſua facultate impuriora in vtero cumulata recrementa repurgare valet. In eodem genere collocatur artemiſia,



SCD Lyon 1

matricaria, quæ ſuis qualitatibus præſertim affectibus frigidis imprimis neceſſaria ſunt, quia ſanguinem menſtruum vel diutius detentum vel non ſatis expurgatum mouent acrimonia quadam & tenuitate partium, amarore autem expurgant. Porro medicamenta vtero deſtinata, in Apozematis ea miſcenda erunt, quæ ſæpius menſes citare valeant, calida magis, ſicca minus, ſi conferantur cum illis ipſis medicamentis quæ vrinas cient ex Galeni ſententia. Notandum illos ſæpe delinquere in menſtruorum purgationibus promouendis, qui ſine vlla cauſæ diſtinctione etiam in macilentis fœminis calidis, & ſiccis, & quæ vel propter calidam intemperiem immoderatos & intempeſtiuos motus, cibi & potus frugalitatem ſuppreſſionem patiuntur, calida & ſicca præſcribunt medicamenta: quibus ſane plus detrimenti quam adiumenti afferunt, ſed moderate frigidis & humidis & aliquot propriis hyſtericis medicamentis, etſi calidis minori modo adhibitis ſanatio erit molienda. Ita præterea medicamenta vtero ſanando vſurpanda erunt, quæ ſterilitatem auferunt & conceptum iuuant, quæ pro varia cauſa adiicienda erunt. Si enim ex mẽſtruorum retentione



SCD Lyon 1

pendeat ſterilitas, quę mouent menſes erunt idonea, ſi à mucoſis impletus & relaxatus vterus, ex purgantibus & abſtergentibus omnino purgandus erit; ſi à frigiditate, recalfaciendus, & quæ ſemen & venerem ſtimulant, præcipuè danda erunt vt Eringiorum radix, ſcinci, bautiæ radix, & ſemen eius. Itaque cum menſes mouere ſtudium erit, purgantia alioqui non miſceas medicamenta: Nam hi duo aduerſi ſunt motus, menſium prouocatio & purgatio quibus negotium naturæ fieri ſolet, nec in hoc, nec in alio quicquam proficitur. A foliis autem & folliculis ſennæ, non minus quam in omnibus vlceribus veſicæ, & fere in omnibus affectibus eiuſdem, & ventriculi omnino abſtinendum erit, Cum enim ſint membranoſa corpora ob id exanguia, frigida, facile à calore imbecilliore multos flatus generant, & loci amplitudine & natura partis diſtendi facile poſſunt, & ſenna cum tormina pariat, vtero & eiuſmodi partibus aduerſa eſſe ſolet. Notandum etiam acetum magnopere vterum offendere duplici de cauſa, quia pungit neruoſum & membranoſum corpus, ideo ei infeſtum; & quia frigidum, eius intemperiem auget & caloris vim feruentem in conceptu & ſemine infirmat & peruertit: nec prætermittendum in quibuſdam

SCD Lyon 1

quibuſdam naturis mulierum ex hyſterico pathemate conflictatis, dulcia tum in cibis, tum in medicamentis noxia eſſe, quia (reor) cum ventriculo occurrunt, nauſeam & vomendi conatum mouent, & impellunt ex quadam conſequutione, loci propinquitate, & membranoſis ligamentis partes inuicem connexas, & vterum, qui ſecundum naturam inferiori loco continetur & coercetur, iam ex illorum dulcium aſſumptione à vomitu excitatur, & ad elatiores partes ligamentis ſuis ſuperioribus in dorſo natis magis vergit & inclinat, ob id quendam ſtrangulationis & præfocationis inſultum promouet: & ſæpius contingit non modo admotis bene olentibus medicamentis, ſed & aſſumptis quod vterus male habeat. Quare dulcia erunt vitanda antea, ſic & odorata medicamenta cum de hiſterico pathemate ſuſpicio & coniectura inſtat, radices, flores, pulueres odore ferientes conſulto prætermittendi, In Apozemate autem pro affectibus vteri calidis talia erunt præſcribenda quorum antea materia tractata fuit vel in calidis affectibus capitis vel hepatis, tamen interim vt vis illorum ad partem deducatur & ne plus æquo refrigeretur ab illis ipſis medicamentis, addes Rad. valerian. ad ℥.ß. Mercur. Artemiſiæ, Matricar. an. m. ß. *ne*


SCD Lyon 1

*reddatur amarore ingratum apozema; vt paululum minus calefaciant hæc duo poſtrema, miſcebis* Artemeſiæ & Matric. an. tertiam partem manip. vnius: flor. Roriſm p. j. vel ß. Miſce, fiat Apozema.

## Capvt XLIX.

APozemata quæ in frigidis vteri affectibus, quibus plerumque laborat parari ſolent, ex eorum medicamentorum materia conſtare debent quæ calfaciunt, craſſos humores extenuant, flatus diſcutiunt, menſes prouocant & conceptum iuuant, Mucores quibus in eiuſmodi affectibus corpus in vniuerſum abundat & iiſdem vterus opple-tur probè repurgent. Ad hæc medicamenta purgantia non erunt prætermittenda, vt pituitoſa & ſeroſa ſubducantur, modo non vrgeat ſcopus potenter menſtruæ purgationis ciendæ.

***

*Apo-*

SCD Lyon 1

*Apozema in affectibus vteri frigidis recalfaciens, extenuans, diſcutiens flatus, menſeſque prouocans, pituitoſa & ſeroſa educens, conceptionem adiuuans.*

Accipe rad. Valerian. & Meu. rad. Rubiæ tinctorum, *nam potenter ſanguinem è venis vteri promouet*, an ℥. j. ß. *vtero ſunt accommodata, aperiunt venas vteri & vias obſtructas & menſes proliciũt*, aſari, *mẽſes prolicit vt & vrinas*, Enul. Camp. *nõ eſt odoris expers, ideo vtero grata & expurgando valet*, ℥. ß. quinque radicum aperitiuarum communium in vino albo tẽperatarum, *non in aceto nam ei eſt inimicum*, ad ℥. j radi. Eryngii & Ciceris & bautię. id eſt, paſtinacæ ſilueſtris *cum conceptum iuuare neceſſe eſt* an. ʒ. vi. fol. valerianæ artemiſiæ, matricariæ. *Omnes vtero vtiles & illi peculiares*, ſabinæ, nepetæ, *ad eoſdem vſus efficax cum menſes mouere oportet*, ſumm. thymi, *nam ex Dioſc. concretum ſanguinem diſſoluit & vt nos obſeruauimus præſentaneum eſt remedium & ſanguinis trombi fundendi & menſtruas purgationes ciendi*, Lauandulę *quia odore valet, ideo vtero amica & tenuitate eſſentia mẽſes mouet*, Mercur. an. m. ß. *minori modo addẽda & quia hæc medicamenta calida & aromatica ſint maximarũ viriũ et minima mole*



SCD Lyon 1

*appoſita, aſcribuntur*, Borrag. Bugloſſ. cum radic. *quia temperant reliqua calidiora tempārata facultate*, herbarum Capili. *temperata vi & aperiendi facultate valent*, an. m j. ſem aniſi & fœniculi. *quia flatus diſcutiunt*, ſeſeleos & Liguſtici *quia iucundo odore vterum recreant & menſes mouent*, ſem. Apij & petroſ. *potenter aperiunt, ob id menſes prouocant*. Naſturtij & vrticæ, *eadem facult. pollent, & venerem ſtimulando conceptum iuuant* an ʒ j. Cicer. rub. *ad menſes ducendos & aperiendas obſtructiones*, p. ii. prunorum dulcium, paſſularum enucleatarum, *vt leui humiditate caliditatem & ſiccitatem reliquorum mitigent ac temperent, modo peculiari mulierum natura & hiſtericum pathema non diſſuadeant dulcium mixtionem*. an. par x. *Cum purgans reddere voles addes* Polip. Querc. recentis & medullæ ſem. Carth. contuſæ, an. ℥ j. ß. Agaric. trochiſ. *pituitam & mucores vteri repurgat*, ℥. ß. flor. Roriſm. *odore ſunt vtero multum iucundi* ſambuci, ſtœcad. ſalu. *quia ſiccant, ob id abſumunt quædam recrementa & menſes prouocant*, flor geniſt. *Non modo vrinas, ſed menſes educunt*, flor. mali aurei ſiue arantij, *qui vt cor iuuant & vterum recreăt odore ſuaui & aromatico*, an. p. j. trium florum cord. an. p. j. ß. fiat decoctio ad ℔ j. ß. In colatura diſſolue vel parum ſacchar. vel mellis anthoſati, an. ℥. iii. *cum à dulcibus abhorrent*,

SCD Lyon 1

*horrent, de his nihil aut minimum addendum erit,* clarificetur & aromatizetur cum pulu. diamoſch. dulcis, *qui cerebro, cordi & aliquomodo ventriculo eſt accomodatus præſertim in affectibus frigidis, vel eius loco ſi rectè paretur* Diambræ ℈.ij. Cinamom. Electi ʒ.ß. vel ʒ. j. *& gratum vtero, & mẽſes mouet, ideo ſceleratæ mulieres aut puellæ quæ illegitimo concubitu grauidæ fuerint, Cinanomi vſu abortum prouocant, quia menſes valde mouet, cum verò fœtum continendi conſilium eſt, etſi Aromaticitate perſpicua non faciat ad ſanitatem, tamen vtilis eſſe conſueuit.* Raſuræ Eboris, ʒ.ij. & *vt peculiariter vterum afficias & conceptum iuues, pulueris vteri leporis anteа ſiccati,* ad ʒ ß. *addere valde conducit,* Syrup. de Artemiſia, *quia vtero accommodatus* ℥.iii. Mellis roſ.colati vel Anthoſati *iuuant vterum, mucores repurgant,* ℥.ii. *vel vbi ſcopus eſt cõceptum promouere, venerem ſtimulando, modo Pharmacopœi apud ſe reſeruarint & in promptu habeãt, ex alienigenis tranſportarint* Syrup. conſeru. conditur æ zinziberis tantundem ad ℥.ij. magni vſus erit ad illum ſanationis ſcopum iam deſignatum. In affectibus vteri cum menſtrua purgatione immodica & fluore muliebri largiore conſiſtunt, apparandi modus fieri poteſt, cũ illis ipſis medicamẽtis, quæ vi aſtringendi pollent, quorum forma & ſeries me-

SCD Lyon 1

dicamentorum præſcripta poſtea in ſerapiis traderur potius quam apozematis, quia cum apozemata variis conſtent medicamentis, fieri nequit quin quædam medicamenta tenuium partium permiſceantur, quæ fluxum maiorem conciliarent, ideo Scrapia ad ſanationem accommodata poſtea parabuntur.

## CAPVT L.

### *De apozematis Articulorum.*

CÆterum Apozema in affectibus articulorum & membrorum extremorum tum calidis tum frigidis quia neruoſa ſunt extrema, vel ex neruorum inſigni propagine ſint condita: nerui autem è cerebro tanquam à fonte ortum ducant, & orta ſuis atteſtentur principiis, ideo medicamenta in articulorum & membrorum extremorum affectibus vires conſimiles, vt in capitis & cerebri malis obtineant neceſſe eſt. Miſcenda tamen erunt quædam particularia & deſtinata articulis præſidia, præſertim in affectibus frigidis. Ex quorum primo eſt chamepyt. arthetica dicta & hermodactili, qui etiam aſpernandi non ſunt, præter quorundam medicorum ſententiam, vt ſanationis euentus confirmat, ſed ne vel aliqua pernicie vim inferant, ſi tamen vlla deliteſcit, vel ex flatibus quibus abundant, noxam inferant, ſem. aniſi



SCD Lyon 1

& fœn.in eod.decocto erunt addẽda, ſingulorum pari portione ad ℥.ii. Aromata peculiari virtute qualitati pernicioſæ obſiſtunt, & ſubinde flatus diſcutiunt. Medicamenta autem purgantia in dolore & doloris inſultu præſcribenda nullo modo erunt, ſed quietis tempore quantum oportet, & tempeſtiue adhibita proficient, quorum ratio & ſeries medicamentorum exhibita alibi à nobis eſt fusè tractata; quare verboſius definire ac diſtinguere ſuperſedeo, vt ad alia tranſeamus, quæ breuius, quoad dabitur, explanabimus.

## Capvt LI.

### *De Serapiis*

IN medicamentorum ſerie cohærenti ordine pręſcribendo, apparatus & humorum coctio non ſolum fieri debet & poteſt illis ipſis apozematis & decoctionibus, cum pręſertim herbarum recentium adeſt copia & legendi opportunitas, ſed & ſerapiis cum aliquot æquis ſtillitatiis permixtis, vel decoctione leuiore & magis prompta ex medicamentorum materia non æquè varia, & quæ ad manũ in officinis pharmacopœorũ parata, facilius & prõptius exhibeãtur, ex faciẽdi ſcopo & conſilio vt & prõptius adminiſtres medicamenta præparantia & concoquentia,

SCD Lyon 1

quo tempore recentibus plantarum viribus temporis ſtatu frui non licet, ſufficiet ſyr. reſeruatã conditurã & aquarum prõptam mariam ſumere; ac denique vt egenorum facultatibus conſulatur, pro apozematis ſerapia viliori pretio coëmentur, ideo cõſultum fuit & ipſa ſerapia pro variis ſanationis modis ſæpe præſcribere: At verò ſtillatitiæ aquæ quæ in officinis hoc ſeculo parantur propter incendii ſeminarium Emyreuma & odoris & ſaporis alienioris modum, etiam prætermittendæ. At horum loco decoctio pro affectu accommodata ex radicibus aliquot & ſeminib. & fructib. cum ſerapiis miſcenda erit, Itaque ſi à bonis Pharmacopœis ex illorum propenſa voluntate, & conſilio medici in diplomate tale opus aquarum ſtillatitiarum perficeretur, decoctio ex illis multis medicamentis permiſcenda non eſſet; ſed tamen notandum eſt huiuſmodi aquas hoc noſtro ſæculo, ſine diplomate & vaſe duplici confectas in affectibus frigidis non parum vtiles eſſe, quia propter caloris & incendii vires, tenuitate eſſentiæ magnopere præſtant, facile penetrant, & humores craſſiores extenuant. Ergo cum ſerapiis miſcendæ erunt ſtillatitiæ, eo modo & menſura vt ad duplam quantitatem ſerapia exuperent; quod non ſine ratione à doctis medicis



SCD Lyon 1

& inuentum & factitatum eſt: Nam ſi Syrupi aut ſerapia quæ conſiſtentia ſunt craſſiore æquarent menſuram aquarum, non quaquauerſum ad intimos corporis ſinus & ſpiracula adducerentur, nec probè vel aperirẽt obſtructiones & reſerarent meatus, vias fluxiles redderent, humores ad expulſionem aptos conficerent, nam craſſum difficile vehitur, tenue vero & liquidum vndequaque ſpargitur & præterfluit, quia ex Hyppoc. facilius eſt impleri potu quam cibo: ſimul ac ex rei natura patet, quod craſſum in lingua medicamentoſum ob id permultis ingratum, hæret & impingitur. Tenue verò ac liquidum ſine moleſtia prætérlabitur. Porrò apud omnes medicos eſt conſuetum, magna ex parte cum eiuſmodi ſerapiis apparantibus Electuaria ſolida præſcribere cum iiſdem ſerapiis continuata ad varios ſcopos ſanationis vſurpanda & accommodanda, nec ſine aliqua ratione hoc ipſum faciendum nouarunt & poſtea propagarunt, non ſolum quod ſolidum cum liquido facilius permiſceatur & à ventriculo facilius deducatur de potentia ad actum, & tanquam vice quotidiani cibi & potus ſit, ſed etiam hoc modo iuuare poſſunt Serapia ſumpta cum Electuariis ſolidis, quia illa plerunque ex odoratis conſtant, ideo

SCD Lyon 1

gratius & commodius ſumuntur, & propter illorum vim aromaticam in longiores deducunt partes, interim tamen vt quorundam palato obſequi videamur quibus eſt ingratum mandare medicamentoſa, in iiſdem ſyrupis & aquis ſtillatitiis & decoctionibus ſolum pulueres aromaticos miſcemus, & vt iucunda magis fiant & ad ſplendorem, & ad aſſumptionem, hæc omnia ſimul colo medico trãſfundimus & ebibẽda damus. Dierũ autem interuallũ hiſ medicamentorum formis, & in aperiendo definiendum eſt ex humoris vel morbi cruditate longiore vel breuiore, quibus materia cruda eſt, nec in vrina & aliis excretionibus, ne ex tolerantia ægri coctionis ſigna apparent, non tantum ad tres dies, ſed & ad ſex vel nouem vel ad plus, ſi expediat, ſerapia præſcribenda erunt. Si vero humor coctu ſit facilis & natura ad morbi depulſionem celeriter feſtinet, breuioris temporis ſpatio per ſerapia apparandi erunt, humores, vel ad tres dies ſufficient, & hoc in vſitata medicina frequentatum eſt, ſed rationali medico non ſemper eadem erit via procedendum. Itaque hîc adſcribemus ſerapia & aquas ſtillitirias ſimul cum Electuariis ſolidis quæ in affectibus tum calidis tum frigidis præcipuarum

pa-

SCD Lyon 1

partium præſcribere neceſſe eſt, vel nullà vel breuiore horum medicamentorum dignotione obſeruata, quæ antea quoad fieri potuit in Apozematis vberius & dilucidius fuit explanata.

## CAPVT LII.

### *Serapia in affectibus Capitis calidis vt phrenitide, Mania, &c. Refrigerantia & humectantia & ſiccitatem & ardorem & aduſtionem mitigantia.*

ACcipe Syrup. violac. Nympheæ & de pomis bene olentibus, *cum mania eſt, ſi verò phrenitis non cum perenni vigilia,* Syrup. de End. ſimpl. *non compoſ. Nam plus æquo adaperit & bilem ad ſuperiorem capitis partem peruehit vehementerq́; deducit: ſi vero inſignis ardor & ſiccitas adſint ſimul & ingentes vigiliæ plurimum infeſtent & delirium atrociter ſæuiat,* Syr. de pap. an. ℥.j. ß. aquæ viol. Borr. *quia temperata & propter calorem in huiuſmodi malis quædam bilis portio aduritur quæ in atram bilem conuertitur, efficax erit, quia melãcholicis affectib. auxiliatur,* Nympheę in

SCD Lyon 1

*continuis vigiliis*, Lactucæ an.℥ iii. Miſce, pro tribus doſibus. Capiat de mane tribus horis ante cœnam.

Accipe Electuarium diamarg. frig. ℥. ß. quibus eſt parcendum pecuniæ minori doſi *ſemper ad tres dies* ad ℥. ß. *ſufficiet*, *ſi vero ad plures dies* ad ℥. j. Cæterùm vt phreniticis & inſanientibus, interdum conſulas, ſatius erit pro tab. pulueris diamarg. frig. ad aromatizandum addere vel ℈. ii. vel ʒ. j. duplici de cauſa; Primo, quia liquidis & humidis humectandi ſunt, non autem ſolidis; Secundo, cum ſint abalienati mente & interpoſitis motibus non poſſunt mandere calida.

## CAPVT LII.

### *Serapia in affectibus frigidis capitis, quæ calefaciunt, extenuant & digerunt craſſos & lentos humores.*

ACcipe Syrup. è ſtœcade, Syr. conſeruationis Acori, Mellis roſ. colati, *quia expurgat mucoſa*, an. ℥. j. ß. aquarum Beton. primulę veris & *præſertim in paralyſi*, & ſaluię an.

SCD Lyon 1

an.℥.iij. Inter hæc vel Serapia, vel aquas ſtillatitias, affectibus frigidis & ſoporiferis; ſi priores non aſcribas, hæc ſequentia non parum conferent, Oxymel ſcyllit. ad diſſecandos craſſiores humores, oxymel ſimplex ad minus craſſos, & mel anthoſ. tantundem vt dictum eſt; aquarum Maioranæ, Calamanti, pulegii, ſi paretur, nam potenter diſſecant viſcidam & lentam pituitam pari portione vt in aliis aquis.

Accipe Electuarium diamoſch. dulc. vel diambræ, ℥ ß. vel ℥.j. vtatur cum ſerapiis ſi Electuarium non exhibeas, aromate ſuauius reddes puluer. nucis moſchatæ, ℈.ij. aut ʒ.j.

## CAPVT LIII.

### *De Serapiis oculorum.*

SErapia quæ oculorum affectibus calidis & frigidis conueniunt fere conſtant iiſdem, quæ adſcripta fuere capiti, ſed in affectibus calidis vitanda erunt nimis incraſſantia, vt Syrup. de papa. aqua Lactucæ; quia ſpiritus animalis, qui poſtea viſorius efficitur cum ad oculos influxit continuo neceſſarius ad viſionem efficiendam, craſſior minime reddi debet, vel ne caligine obruatur,



SCD Lyon 1

vel ne craſſior redditus d tineatur: ſecus cætera medicamenta in oculorum affectibus, vt in capite conſimilia eſſe debent.

### *Serapia refrigerantia in affectibus calidis oculorum mediocriter & ardorem reprimentia.*

Accipe Syrup. violae. de End. ſimpl. & de fumaria, *Nam ex Gal. fumos ex oculis abigit,* an.℥.j ß. aquar. Cichorii fumariæ & cap. ven. an.℥.iii. Miſce, pro tribus doſibus, ſumat mane tribus horis ante cibum.

Accipe elect. triaſantali, *quia vapore ſuo & odore ad longinquas partes vim reliquorum medicamentorum deducere valet & ſenſus exacuit & emendat,* ℥ ß. vel ℥.j. vtatur cum ſerapiis.

### *Serapia in affectibus frigidis oculorum quæ calfaciunt, extenuant & vapores diſcutiunt.*

Accipe Syrup. conſeruæ acori, de ſtœcad. Mellis roſ. col. an.℥.j.ß. aquæ fœnic. Euphraſiæ, ſi inueniatur, eius loco Beton. & propter ventriculum qui ex vaporum delatione cum oculis conſentit, aquæ abſinthij, an.℥. iii. Miſce, pro tribus doſibus, tribus horis ante cibum.



SCD Lyon 1

## CAPVT LIV.

### *De Serapiis thoracis.*

SErapia in affectibus thoracis & pulmonum, vt in peripneumonia, pleuritide & ſimilibus.

Accipe Syrup. violar. de ziziphis, *alij addant Syrup, papau. in principio pleuritidis, vt humor tenuis incraſſetur, & poſtea facilius ſputo educatur, ſed tentandum non erit, niſi in inſtante principio & materia multum tenui & acri, multo magis in delinitu, quia ad pulmones citius peruenit, vt eo magis incraſſet, nam ſerapia antequam ad pulmones perueniant, remittunt vires & ideo non ita incraſſat*, Syrup. de ziziphis, cap. ven. an. ℥ j.ß. aquæ decoctionis pectoralis, ℥. ix. vel ſi aquas addere volueris aquarum End. Borrag. & Capill. ven. *quia temperata vtriſque affectibus & calidis & frigidis proſunt*, an ℥. iiii. Miſce, pro tribus doſibus de mane ſumat.

Accipe Electuarium diatrag. frig. *ſi ſine Caphura fiat, quia acris eſt & frigida, tutius erit eius loco* Electuariũ diamargari. frigidũ præſcribe, *cum ſimul præparare neceſſe eſt & vires cordis exolutas inſtaurare propter excretionem ſanguinis immodicam, vt in hæmoptoſi*, nam



SCD Lyon 1

propter corallum & ſpodium & ſimilia quæ aſtringendi vim habent, quæ eo tempore neceſſaria eſt, nec tamen deeſt permiſtio aliorum medicamentorum, quæ vim leniendi obtinent, vt gummi in omnibus affectibus pulmonum & thoracis vtile.

## *Serapia in affectibus frigidis thoracis & pulmonum.*

Accipe Syrup. de hyſſopo, ſyrup. de glycir. *quod ſerapium in affectibus calidis poteſt conuenire vt in pleuritide cum morbus longius proceſſit & humor quidem extenuatione eget, non enim multum calfacit, vel mediocriter abſtergendo & tenuando lenit*, Syrup. de praſſio ſi in officinis paratur, vel Capill. ven. an. ℥. j. ß. aquarum tuſſilaginis, Marrub. Beton. & Cap. ven. an. ℥. iiii. ſi nolis aquas ſtillatitias, decoctionis pectoralis, (vt illa dulcia in flatus prompte non conuertantur,) addes ſem. aniſi & vrticæ, an. ʒ. j. decocti autem doſis ad ℥. ix. miſce, pro tribus doſibus, ſumat de mane.

Accipe Electuarium diæreos ſimplicis, ℥. ß. vel ℥. j. vtatur cum ſerapiis *diſſecat craſſos & lentos humores, ab infarctu liberat ſuo amarore pulmonum bronchia, vt viſcida pituita ſputo facilius educatur.*

Ca-

SCD Lyon 1

## CAPVT LV.

# De Serapiis cordis.

*Serapia in affectibus calidis cordis vt in febribus ardentibus & malignis ſiue peſtilentialibus, nam febris ſemper eſt propria cordis paßio.*

ACcipe Syrup. de Limonibus, *ſua frigiditate non parum febris incendium reſtinguit, ſuo acore putredinis labem corrigit & omnem labem abigit pernicioſam,* Syrup. de acetoſitate Citri, *ſi inueniatur paratus*, Syrup. viol. c. *Cum eſſet aliquis fluxus immoderatus & excretio ſymptomatica, vel per aluum, vel per vomitum, vel per ſudores diaphoreticos & ſanguinis narium largior profuſio* Syrup. de Ribes *ſi inueniatur quorum forma in officinis eſt parata & tradita*, vel Syrup. ex oxiacantha, prætermittendo alia priora, cum hoc ſymptoma ſuperuenit, vel cum Syrup. de ſucco acetoſæ, horum omnium pro triplici ſerie, doſis erit ad ℥.j.ß, aquarum viol. Borrag. acetoſ. ſi fluxus adſit aquę roſ. plantag. portulac. an. ℥.iii. horum omnium, miſce pro tribus doſibus, ſumat de mane.

Accipe Elect. diamarg. frigid. ℥.ß. vel ℥.j. vtatur cum ſerapiis.



SCD Lyon 1

*Serapia in affectibus cordis frigidis, vt tremore, triſtitia, e⸌olutione virium, ſyncope Cardiaca.*

Accipe Syrup. de pomis bene olentibus, Syrup. de Buglo. de Cap. ven. an. ℥. j. ß. aquarum Meliſſ. Mali Arantij ſi inueniatur, Borrag. & hyſſopi, an. ℥. iii. Miſce: pro tribus doſibus.

Accipe Electuarium diamargar. calidi ſi paratum ſit, vel diamoſchi dulcis, vel diambræ, ℥. ß. vel ℥. j. vtatur cum ſerapiis.

## CAPVT LVI.

## De Serapiis ventriculi.

*Serapia in affectibus ventriculi calidis, ardore, inflammatione, cardiagmo.*

ACcipe Syrup. de ſucco Acetoſ. Syrup. de Cichor. cum Rhabarbar. oxyſaccharı ſimpl. an. ℥. j. ß. aquarum End. portul. plantag. vel etiam roſar. an. ℥. iij. pro tribus doſibus. Miſce.

Accipe Electuarium triaſantali vel diamargar. frigid. vel diarrhod abb. Interdum quia temperatum. ℥. ß. vel ℥. j. vtatur cum ſerapiis.



SCD Lyon 1

*Serapia pro affectibus ventriculi frigidis, vt in magna cruditate, inflatione & ſimilibus.*

℞. Syrup. de menta, Syrup. de abſynthio, Syr. de Bugl. *nam cardiaca temperata & ventriculo accommodata ſunt,* an ℥ j. ß. aquar. abſynthij & fœnic. *vt diſcutiat flatus* & Borrag. an. ℥. iii. Miſce, pro trib. doſib. ſumat de mane.

℞. Electuar. aromatici roſ. à Gabriele traditi ʒ. ß. vel ʒ. j vtatur cum ſerapiis.

## CAPVT LVII.
## De Serapiis hepatis.

*Serapia in affectibus frigidis hepatis, vt inflammatione, æſtuatione, pſora, lepra, quæ à nimia hepatis caliditate fieri ſolent.*

Accipe Syrup. de End ſimpl. *Cum obſtructiones aperire voles,* Syrup. de End. compoſiti, Syrup. de Cichor. cum Rhabar. Syr. de cap. ven. an. ℥. j ß. aquar. End. fumar. Cichorii, *quia ſanguinem emundant, & frigiditate pollent,* an. ℥. iii. Miſce, pro tribus doſibus.

Accipe Electuar. triaſant. *refrigerat, aperit, corroborat viſcus,* ʒ. ß. vel ʒ. j. vtatur cum ſerapiis.



SCD Lyon 1

*Serapia in affectibus frigidis hepatis, vt in permagnis obſtructionibus, cachexia, hydrope.*

Accipe Syrup. de eupat. *præſertim calore & amarore hepati accommodatus valet*, Syrupi Byzantini, *potenter aperit obſtructiones* Syrup. de End. compoſ. *Etſi leuiter refrigerat, tamen aperiendo obſtructiones plurimum confert*, an. ℥. ß. aquarum abſynthii, *quia ſtillatitio opere confecta eſt, tenuium magis eſt partium quam in ſyrupi conſiſtentia, ideo facilè penetrat, aperit & ſtrenue ab infarctu liberat*, cap. ven. *magis tenuat craſſos humores*, quam cichorii, *eſt hepati accommodata*, & calidis & frigidis eius affectibus, an. ℥. iii. Miſce, pro tribus doſibus, ſumat demane tribus horis ante cibum.

Accipe Electuar. diarrhod. abb. ℥. ß. vel ℥. j. *cum in hydrope tollere neceſſe eſt obſtructiones*, electuar. diacurcu. mai. ex vſu eſſe poterit, & eo modo & menſura, vt Electuarium antea præſcriptum.

## CAPVT LVIII.

*De Serapiis ſplenis.*

ACcipe oxymell. ſimplicis, Syrup. acet. ſimplicis, Syrup. de fum. ſimpl. & compoſ.

SCD Lyon 1

poſ.an.℥.j.ß.aquæ cichorii, lupulor. fum.an. ℥. iii. pro tribus doſibus mane tribus horis ante cibum.

Accipe Electuarium diamargar. frigid. *Melancholicis, ideo ſplenis malo laborantibus à cauſa calida confert*, ℥.ß.vel ℥ j. vtatur cum ſerapiis.

*Serapia in affectibus ſplenis frigidis, vt in obſtructione à limoſo & recremento melancholico vt ſchirroſi, id eſt, duritie, inflatione, tenſione, ictericia nigra.*

Accipe Syr. de Epithymo, de ſcolopend. oxymel ſcilliticum, vel de quinque radic. cum aceto, an.℥ j.ß. aquarum ſcolop. abſynthii, *etiam in affectibus ſplenis conuenit, amarore expurgando*, Borrag.an.℥.iii. Miſce, pro tribus doſibus, de mane tribus horis ante cibum.

Accipe Electuarium diarrhod. abbat. ℥.j. vel ℥ ß. *ſi vero ſplenis vitio hydrops adſit vel appropinquare videatur ex malo habitu perſpecto, loco illius electuarij, diacurcumæ maior. eo modo & menſura præſcribes, & cum eſſet tympanites ab eodem ſplenis malo oborta, quia flatuum magna eſt copia diacimini parem portionem adijcies*, vtatur cum ſerapiis.

SCD Lyon 1

## CAPVT LIX.

### *Serapia in affectibus calidis renum, veſicæ & vrinæ meatuum, vt in inflammatione, ardore vrinæ, vlcere & ſimilibus.*

Accipe Syrupi violar. Syrup. de ziziphis, Syrup. de End. ſimpl. vel Capill. ven. *vt non incraſſet, ſed refrenet, ſi verò ardor vrinæ nimis infeſtet, non alienum erit Syrup de papau.* adiicere ad ℥. j. ß aquæ decoctionis glycirr. paſſul. & hordei quæ multum vias *vrinæ lenit & mitigat*, ℥. ix. *Si verò aquas ſtillatitias præſcribere conſilium eſt*, aquarum hoc modo, End. violar. Cichorii, *in ſummo ardore vrinæ*, aquarum plantag. & Lactuc. *ex aliquot trium ſerie*, an. ℥. iii. Miſce, pro tribus doſibus, ſumat de mane tribus horis ante dapes.

Accipe Elect. diamargar. frigid. ℥. ß. vel ℥. j. vtatur cum ſerapiis.

### *Serapia in affectibus frigidis renum, veſicæ & viarum vrinæ, vt in nephritide, calculo & obſtructione.*

Accipe Syrup. Cap. ven. oxymel. ſchilliticí, *modo doloris inſultus non ſit*, mellis roſat. colati, an. ℥. j. ß. aquarum ſaxifragiæ, Beton.

*Calculos*

SCD Lyon 1

*Calculos frangit & caliditate pollet, tenuandi virium non eſt expers,* caudæ equinæ *ſi præparata inueniatur, in vlceribus renum & veſicæ: cum à craſſa colluuie repurgare tentas*, aquæ graminis aut Alkekengi, an. ℥ iii. Miſce, pro tribus doſibus, ſumat mane tribus horis ante cibum.

Accipe Electuarium diarrhod. abbat. *etiam aliqua ex parte aperit*, ℥.ß vel ℥.j. vtatur cum ſerapiis.

## CAPVT LX.

### *De Serapiis vteri.*

SErapia in affectibus vteri calidis eadem fere eſſe debent, quæ in affectibus cerebri & capitis calidis conueniunt, cum electuariis frigidis aromate valentibus, interim tamen ne eorum dulcedine hiſtericum pathema promoueas, aquam abſynthii adiicies, quia inſigni calore non exuperat, & eadem caliditate quadam ex parte iuuat, cum vterus ſit neruoſus, & à multum frigidis offendatur. Quare aqua abſynthii permiſta reliquorum frigiditatem arcet & temperat & dulcedinem obtundit.

SCD Lyon 1

*Serapia in vteri frigidis affectibus, vt in dolore à flatibus, hyſterico pathemate & vteri ſtrangulatione.*

Accipe Syrup. de Artem. & de quinque radic. ſine aceto, *quia plane eſt infeſtum vtero, cùm pungat & vellicet membranoſum & neruoſum membrum & quia obſtructiones aperit, & tenuat, magno vſu debet eſſe in iis affectibus,* mell. roſati colati & anthoſati, *quia magis calefacit & digerit*, an. ℥. j. ß. aquarum rubiæ tinctorum, *cum menſes ducendi ſunt modo parata reperiatur*, Origani *modo inueniatur ad Ciendos menſes*, artemiſiæ, pro ſerie horum aliquot trium, an. ℥. iij. Miſce, pro tribus doſibus, ſumat de mane.

Accipe Electuarium diamoſchi dulcis vel diambræ *calfaciunt & recreant vterum*, ℥. ſ. vel ℥. j. cum ſerapiis.

## Capvt LXI.

*De Serapiis articulorum in morbis calidis.*

Accipe Syrup. de roſis ſiccis, Syr. Myrtillorum *Nam fluentem materiam in articulos prohibent & detinent ſuavi aſtringendi & refrigerandi calorem mitigent & humores*

*tenues*

SCD Lyon 1

*tenues plus æquo fluentes inſpiſſando veluti immobiles reddunt*, mellis roſati colati, *etſi aliqua ex parte calfaciat, altera aſtringit, ideo fluxionem cohibet, præterea ſemper aliqua pituita permiſcetur, quæ eodem medicamento expurgatur*, ad ℥.j.ß. aquarum plantag. Cichorii, Borrag. an. ℥ iij. Miſce, pro tribus doſibus, ſumat matutino tempore tribus horis ante paſtum.

Accipe electuarium diamargar. frigid. vel triaſantali *nec errare potes præſertim cum materia mixta eſt, ex bile & pituita*, addendo diarrhod. abbatis ℥.ſ. vel ℥.j. vtatur cum ſerapiis.

## *Serapia in affectibus frigidis articulorum.*

Accipe Syrup. è ſtœcade, *calfacit*, Syrup. conſeruationis acori, *prohibet fluxum humoris, cephalica enim medicamenta, vt hæc Serapia neruoſis partibus & extremis, quia exanguia & frigida, multiſq; excrementis pituitoſis abundant accommodata ſunt, calefaciendo & pituitam reſiccando, quæ magna ex parte à cerebro in hæc ipſa membra illabitur & perfluit*, Mellis roſati colati, an. ℥.j.ſ. aqu. Iuæ artheticæ *propter articulos*, betonicæ & ſaluiæ, an. ℥.iij. Miſce, pro tribus doſibus, ſumat de mane tribus horis ante paſtum.

Accipe Electuarium diamoſchi dulcis,

SCD Lyon 1

*valenter enim pituitam à cerebro in articulorum ſinus fluentem deſiccat*, ſed tamen ſi caliditatem aſcititiam ex doloris tormento pertimeſcas ne augeatur ab huius medicamenti vſu, & caput nondum ex toto repurgatum ſit, facile vaporibus: impletur à Moſcho & aliis odoratis, huius loco Elect. diarrh. abb. adiicies, ʒ. ß. vel ʒ j. hæc autem ſerapia cum aquis ſtillatitiis permiſta ſingulis vicibus eorundem aſſumptionis electuaria ſolida ſimul dantur.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER

SCD Lyon 1

# LIBER SECVNDVS.

## CAPVT I.

### *De Catharticis.*

CONSILIVM ſummi Hippocratis ſequuti, concocta medicari & non cruda apparatu facto, indiciis concoctionis apparentibus, tempeſtiuum eſt vt medicamenta purgantia Cathartica appellata, quæ humorem noxium ex toto ſubmouent exhibeantur, eo tempore quo in morbis ad finem ſtatus peruentum eſt, vel ad declinationis principium, quando ex Auicenna, ſi natura non mouet, mouetur hora motus eius, nam natura coctione laudabili peracta per locum conferentem Critica expulſione auxiliares manus dando, ab humoris concoctione, ſecretione purum ab impuro ſecernit. Igitur purgans & attrahens medicamentum, tum tutius ac innocentius humores

SCD Lyon 1

noxios & relictos educet & euacuabit. Cæterùm hæc purgantia medicamenta, cum iiſdem minuentibus medicamentis antea à nobis traditis, variis conſtant formis & ſubſtantiæ modis, vel in ſolida, vel in media, vel in liquida. In ſolid autem vt Catapotia & electuaria, ſanè accommodata eſſe debent pro ſingulorum conditione & natura peculiari, quibus magis ſolida placent quam liquidiora, illis ipſis exhibendo quibus ventriculi rugitus ex flatibus, nauſea & vomendi facilitas ac laxa ventriculi conſtitutio & humoris influxi & collecti copia adeſt. Addas licet quibus à capite neruis, articulis, vtero; & nonnunquam pulmonibus humores non ſolùm longius diſſitos, ſed etiam eoſdem frigidos, craſſos & lentos, & quodammodo impactos hyemis magis tempore quam alia anni parte in pillularum & catapotiorum forma trahere conueniet. Minus autem per Electuaria ſolida vel mollia peragendum erit, minime omnium per liquidas potiones & medicamentoſas: Quantitas autem medicamentorum purgantium hiſce tribus præcipuè definiri poteſt, à virium robore & imbecillitate; aut ab humorum multitudine, aut paucitate; aut à loco aut ſitu longiore & propinquiore; nam quibus vires robu-



SCD Lyon 1

ſtæ, quantitas medicamenti inaugenda, quibus verò imbecilles, minuenda : humorum multitudo, vt pituita: quæ largior abundat, maiorem medicamenti purgantis quantitatem efflagitat, paucitas minorem. Poſtremo cum loci ſitus longius diſſidet & vires medicamentorum in tranſitu frangantur, & remittantur, quantitate maiorem vehementiam & vires compenſare oportet & exæquare. Si vero locus & via propinquior ſit, vel minor quantitas ſufficiet. Obſeruare item oportet in vſu & adminiſtratione purgantium medicamentorum, quando ex ſcammonio vel ex diagridio vel ex aliis vehementioribus medicamentis, vt Colocynthide & turpeto & conſimilibus conſtant. Eodem die aſſumptionis medicamenti purgantis, dum fere purgatio abſoluta fuerit, eluens exhibendum eſſe poculum, vel ex iure carnis ſimplici, cóque inſulſo vt lauare melius valeat, quàm vt ſalis initio permiſto aſtringat & purgationem cohibeat, vel ex decoctione Cicerum rubeorum. Nam cum eluendi & expurgandi vim quandam habeant aperiendo & dilatando vias inteſtinorum & primarum venarum, quæ ſuperſunt recrementa conſequutione quadam præterfluunt, & expelluntur: Quædam etiam alia magis medicamentoſa in iiſdem



SCD Lyon 1

iuſculis incoquũtur à quibuſdam folia Borrag.& Mercur:frequentius vſurpare ſolitum eſt ſaccharum rubrum quod in abſtergendo citra caliditatem & tormina nulla excitando plurimum pollet. Hæc verò medicinæ faciendæ ratio non tam noua eſt quam vſu comprobata & poſterioribus medicis, Arabum ſectatoribus, ex rei natura rationibus confirmata;ea enim medicamenta, ex ſcammoneo & vehemẽtioribus purgantia parata de genere eorum ſunt, quæ veneni quoddã ſeminarium retineant, ne ſua aliqua ſubſtantia in villis ventriculi & inteſtinorum, ceu infixa permaneat, ſimiliter eluenda & expurganda erit.Adhęc vt quod ex toto corpore attractum eſt, ex humoribus noxiis in eam partem deductis, ſimul ope eluentis iuſculi foras propellere commodum erit, quamuis ex Hipp.conſilio lib.de ratione victus in acutis,aliter ſuo ſeculo moliebantur; nam confeſtim poſt hellebori aſſumptionem & peplij, ſorbitio ptiſanæ propinabatur, quæ & relictam medicamenti portionem in oſtiolo ventriculi detraheret, ne in ea parte tanquam eximio ſenſu prædita oris ventriculi morſus & καρδιαλγμοὺς excitaret ſimul ac frigida qualitate arceret ac mitigaret intemperiem calidam in eodem oſtiolo ventriculi contractam. Quod nosipſum fere
imitari

SCD Lyon 1

imitari, animaduertere quiuis poteſt, nam pharmacopœi noſtri dum medicamenta propinant, illico vel ſaccharum roſarum vel ſemen aniſi ſaccharo conditum vel Cinamomum dant, & cum Catapotiis ſerapia, vt melius deglutiant; & eodem modo etiam iuuant, vt nihil in ore ventriculi inſideat: attamen noſtratia talia non ſunt, quæ inducant tantam intemperiem, quia mitiora, & frigida qualitate prædita, poſterius & fœlix medicamentorum ſeculum inuenit, probauit & confirmauit: Poſt vero diem aſſumpti medicamenti quauis forma præſcripti, in iis præſertim, quæ vehementius agunt & ex ſcammoneatis conſtant, Bolum cardiacum vel electuarium ſolidum in teſſellis, cum aliquot pulueribus interdum in bolo adiectis, ad varios ſanationis ſcopos damus, eo conſilio vt interna & præcipua viſcera à medicamento purgante exoluta & confirmentur & corroborentur, eoque magis vt relicta quadam à medicametis pernitie aut venenata qualitate Cardiacis corrigatur, atque emendetur, quod à Galeni doctrina & faciendæ medicinæ ratione, non alienum eſſe oſtendi poteſt, nam lib. 4. ſanitatis tuendæ poſt vſum medicamentorũ purgantium, Ambroſiæ & Athanaſiæ antidota medicaméta propinari iubet, eandemque methodum medendi retinuit.

SCD Lyon 1

## CAPVT II.

### *De catapotiis.*

CAtapotia ad purgandum ex toto, &c, vt illi inquiunt, radicitus degluti untur: non ſolùm in calidis affectibus, ſed etiam maximè in frigidis & à pituita ſubortis; dum ex longinquo vti à capite, neruis, articulis, pulmonibus, oculis, vtero euacuandum erit; hyeme magis quàm æſtate ſumi debent; interdum circa veris initia & autumni inclinationem; attamen humidis corporibus magis quam ſiccis præſcribenda erunt, quia Catapotia vt plurimum pro baſi aloë continẽt; quę quum plus ęquo exſiccet, Galenus, ſenibus vſum illius interdixit: Catapotia purgantia communia alioqui ſolida non ſemper ſunt commoda; ſed in altera forma vel liquida vel media vſurpata: illorum quędam ſunt, quæ bilem purgant magis quam pituitam, vt aggregatiuæ ex omni corporis parte (eam exigunt,) ex rhabarbaro magis ex hepate; ſine quibus eſſe nolo bilem & pituitam attrahunt; de quinque generibus, Myrabol. In articulorum affectibus vehementioribus & defluxionibus accommodata ſunt, vt purgando corroboremus & bilem vna ſubducamus; tametſi ad alios quoque

que

SCD Lyon 1

que humores exigendos determinata ſint vniuerſim calidis affectibus præcipuè accommodantur. Cùm purgando non magnopere calefaciant neque exagitent. Quæ verò in frigidis affectibus in vſum veniunt ad repurgādam pituitam talia ſunt Cocchiæ ex cerebro, neruis & articulis: lucis maiores ex oculis, de Agarico ex omnibus membris, præſertim ex capite, pulmonibus, vtero, ex articulis: de hermodact. fœtidæ pillulæ ex vtero. Ad melancholicum humorem euacuandum accommodatæ ſunt pillulæ indæ, de lapide Lazuli ſi fideliter paratæ inueniantur. Ad aduſta ſeroſa recrementa euocanda pillulæ de Thymelæa, de Chamælea ſi modo paratæ ſint vel parari iuſſeris. Quantitas Catapotiorum aſſumendorum ea præſcribi ſolet, ex quorundam audacia an. ʒ. j. ad ʒ. ij. ſed reuera modus exuperat; nam ex ea doſi plus quam nouem pillulas efformari neceſſe eſt, ob idque cum moleſtia deglutiuntur, propter numerum: addas licet quia ſunt ſcammoneata, ad ʒ. ij. plus æquo repurgarent & ſuperpurgationes ſequerentur; verum tamen quibuſdam robuſtis indulgere aliquando viſum eſt, & interdum tentandum magis quam conſulto proſpiciendum à ʒ. j. ad ʒ. j. ß. prorogare: tutiſſimum & conſuetum eſt præſcribere,



SCD Lyon 1

ad ℈. iiii. vel de vno pillalarum genere tantum vel de duobus vel de tribus pro variis euacuandorum humorum ſcopis aut propter membrorumq́ cõditionem à quibus magis humores euacuare neceſſe eſt. Numerus impar præſcribi ſolet ex conſuetudine & leui quadam ſuperſtitione: quamquam veri aliquam præ ſe ferre ſimilitudinem videatur, hæc ipſa medendi ratio, nõ modo quod deus impari numero gaudeat, ſed etiam quia facultas expultrix ventriculi & inteſtinorum ex inæqualitate magis ſtimuletur, quam ad paria deuorata, ideo melius & potentius euacuant dicto impari numero; hora autem aſſumendi eſt poſt mediam noctem & primum ſomnum, vt ſomno poſtea aſcito diutius in viſceribus morentur in ſua conſiſtentia craſſa, & calor naturalis vegetior factus melius & facilius, de potentia in actum eas reducat.

## Capvt III.

## De Catapotiis quæ bilem purgant.

### *Catapotia quæ repurgant bilem à capite & aliis membris.*

℞. Maſſæ pillul. aggregatiuarum, Maſſæ pillul. de quinq; generibus, Myrabol. *quando ex*

SCD Lyon 1

*ex articulis quoque materia calida euacuanda erit*, an. ℥ ß. pillulæ ſine quibus ℈. j. Cum aqua End. magis quam cum Syrupis, Nam craſſiore mole ſerapia ampliores reddunt pillulas, ideo deuoratæ moleſtiores sũt, formentur pilulæ vii. Si minores efficere volueris, nouem quas capiat poſt primum ſomnum, cum probo vitæ regimine & eluente iuſculo ſequenti.

℞. Sacchari Rub. ℥. ß. miſceatur cum iuſculo pulli ſimplicis & ſine ſale, vel cum decoctione Borraginis aut Cichorij, ſumat fere expleta purgatione hora ix.

℞. Conſ. roſ. & flor. Cichorij, an. ℥ ij *Si verò puluerem aliquem adieceris minues doſim cõditi*, ad ℥. j ß *tantũ adiicies, pulueris vel diarrhod. abbatis vel triaſantali vel diamarg. frigidi*, ℥. ſ. ſacchari Cand. modicum ad gratiam. Miſce, fiat bolus quem ſumat in diem craſtinũ medicinæ & mane trib. horis ante cibum, ſi verò Bolus diſpliceat huius loco teſſellas mandendas dabis ex Electuar. diamargaritonis frig. triaſantali, diarrhod. abb. tabellam vnam, vel ti hic bolus & electuaria in omni medicamento exhibito in affectibus calidis ſemper vtilia erunt & præſcribi poterunt.



SCD Lyon 1

## Capvt IV.

### *Catapotia Phlemagoga, id eſt, pituitam educentia è capite, neruis & aliis noſtri corporis partibus.*

℞.maſſæ pillul. Cocchiar. *è capite præſertim pituitam educunt*, pillul.de Agarico, *vniuerſim ex aliis membris*, pillul. lucis maioris. *Ex oculis*, pill.fœtidę, *nō modo è cerebro, ſed etiam præcipuè ex vtero*, pillul. ex hermodactil. *propter articulos*, harum omnium ℈. iiii. vel cum duobus generibus earundem vel tribus tantundem: & ſi plus euacuare tentandum eſt, vt plerumque fit in iis morbis qui ex pituita oriuntur ad ʒ. j. ſ. modum augere poteris; ſi verò tantum ad ʒ. j. vel ℈. iiii. aſcripſeris; Trochiſcor. Alhandal. qui pituitam ex longinquis partibus valenter exigunt, adiicere licebit ad gran.iii. aut iiii. robuſtis magis ad ℈.ß. Cum aqua Beton. ſaluiæ & primulæ veris pro affectib. capitis & neruorum; pro affectibus oculorum aquarum euphraſ. fœnicul. Chelid. verbenacæ, pro affectibus ventriculi; Abſynth. Mentæ, pro vtero Artimiſiæ, matricariæ, nepetæ; pro articulis iuæ artheticæ, ſaluiæ, beton. & interdum cum Syrup. calfacientibus & exſic-

can-

SCD Lyon 1

cantibus, & melle roſato colato iiſdem ſanationis ſcopis formentur, pillul. vii. aut ix. quas ſumat circa mediam noctem, aut poſt primum ſomnum cum probo vitæ regimine & iuſculo ſequenti.

℞. Sacchari rub. ℥ j. Miſceatur, cum decoctione Cicerum rub. & fere peracta purgatione, ſumat hora nona vt moris eſt.

℞. Theriacæ antiquæ & probatæ vel Mithridati Antidoti, ʒ. j. vel ℈. iiii. vt facilius aſſumatur, & citra ægri moleſtiam ſacchari Candi modicum. Miſce, fiat bolus quẽ ſumat die ſequenti, mane quinque horis ante cibum. Lõgius enim internallum eſſe debet ab aſſumptione theriace ad cibum vſque quam in aliis medicamentis, propterea quod ob varietatem medicamentorum largiore egent reductione de potentia ad actum; quamobrem vt facilius penetret, & quaquauerſum promptius vires ſuas exerat, parum vini ebibere mox deuorato bolo plurimum conducet.

*Bolus cardiacus ex alio medicamentorum genere paratus qui iiſdem viribus pollet.*

℞. Conſeruæ flor. Roriſm. ſtœcados vtriuſque an ʒ j. ß pul. diamoſchi dulcis, ℈. ß. ſacchari Candi modicum. Miſce, fiat bolus quem ſumat die ſequenti tribus aut quatuor horis ante cibum.

SCD Lyon 1

## CAPVT V.

### *Catapotia Melanagoga, id eſt, atram bilem & aduſtam repurgantia.*

℞. Maſſ. pillul. de fum. *aduſta & melancholica euacuant*, pillul. Ind. *ſi paratæ inueniãtur*, pill. de lapide Lazuli & lapide Armenio, *in Melancholia & melãcholicis affectibus permultum iuuant*, horum ſingulorum vel plurium ℈ iiii, roboſtis magis ʒ.i, ſ. cum aqua Borrag. lupul. & fum. *In ſplenis malis*, cum oxymelite, formentur pillulæ 7. aut ix. quas ſumat poſt primum ſomnum vel mediam noctem, cum probo vitæ regimine & eluente iuſculo ſequenti.

℞. decoctionis Borrag. & Cichorij ℥. v. ſacchari, ℥. i. vel cum decoctione Cicer. rub. ſacchari tantundem adiicies, vel in iure ſimplici. Miſce, ſumat hora nona.

## CAPVT VI.

### *De Electuariis ſolidis.*

ELectuaria ſolida in teſſellis reddita mandendo deuorata paratu facilia & minus opulentis plerumque exhibentur ad purgationem quorum exhibitio & aſſumendi opportunitas non tam longo horarum interuallo

SCD Lyon 1

uallo protrahitur, quo modo in Catapotiis conſcribebatur, hora vero aſſumptionis mane, hora vſque ad cibum ad quinque & ſex horas dilata. At verò ſi vires exolutæ fuerint poſt aſſumptionem per horam dormire non erit alienum, vt eo melius Electuaria ſolida ſuam purgandi rationem peragant atque compleant.

℞. Electuarium è ſucco roſ. ℥. v. aut vi. ſumat mane quinque horis ante cibum, cum probo vitæ regimine & eluente iuſculo, & ſequenti de bolo Cardiaco ſuperius tradito in Catapotiis Cholagogis.

℞. Elect. diacarthami, ℥. v. aut vj. ſumat mane quinque aut ſex horis ante cibum, cum probo vitæ regimine & eluente iuſculo, boloque cardiaco antea præſcripto in Catapotiis phlegmagogis.

℞. Elect de Citro ſol. ℥. v. aut vj. ſumat bene mane quinque aut ſex horis ante cibum, cum probo vitę regimine & eluente iuſculo, ſimplici carnis cum ſaccharo rubro ad ℥. ſ. & bolo poſtea aſſumpto die ſequenti ex conſerua flor. Borrag & Bugl. & Cichorij, an. ℥. j. ſ. Theriacæ antiquæ & probatæ, ℥ ſ. ſumat de mane quatuor horis ante cibum.

SCD Lyon 1

## CAPVT VII.

### De Bolo.

ELectuarium ſolidum, vt atram bilem educat in officinis nullum eſt omnino accommodatum, niſi ex Indo ſolidum efficias; interim tamen Electuarium diacarthami pituitam & aquas educit, nonnunquam illius explere vicē poterit, ad ſeroſa & aduſta quæ atrę bilis formam referant euacuanda. Boli qui in forma Electuarii mollis, id eſt, opiatę vulgo dictæ forma, confecti paratique ſunt, in purgatione molienda recte exhiberi poſſunt, quibus alia medicamentorum forma ingrata eſſe ſolet, illi enim ipſi dilui poterunt cum aquis ſtillatitiis pro variis ſanationis ſcopis: hora autem aſſumptionis fere vt in Electuariis ſolidis eadem eſſe debet vel paululum inferior, ſi non ad quinque ſaltem ad quatuor horas differre cibum expediet.

*Bolus purgans billioſa clementer leniendo, & vehementius euacuando bilioſa & aquas Citrinas.*

℞. Caſſ. recenter extractæ, ʒ vi. Electuar. è ſucco

SCD Lyon 1

è ſucco roſa ℥.iij. *Si verò cum aſtrictione bilem exigere neceſſe eſt, addes* pulueris rhabar. electi ℈.iiii. aut ℥. ij. Cum ſaccharo fingatur bolus, capiat per ſe, vel diſſoluendo in aquis Endiuiæ vel Cichorii, viol. Borrag. Capill. ven. ex his vnam aut duas q.ſ. Miſce, ſumat de mane quatuor horis ante cibum. Cum probo vitæ regimine & eluente iuſculo vt in ſcammoneato, bolo Cardiaco refrigerante die ſequenti tempeſtiue exhibito.

℞. Cathol. ℥. vi. diaphœnici, *bilem & pituitam educit; vt pituitam & aquas magis educat eius loco etiam diacarthami* ℥.iij. Cum ſaccharo fiat bolus quem capiet per ſe vel diſſoluendo in aquis Beton. & Cap. ven. an. q.ſ. Miſce, ſumat de mane quatuor horis ante cibum, cum probo vitæ regimine & eluente iuſculo & Bolo Cardiaco die ſequenti vt dictum eſt.

℞. Cathol. ℥. vi. Confect. hamech *propter melancholicum humorem,* diaſennæ ſolutiui *propter ſeroſa aduſta,* an. ℥ j.ſ. Cum ſaccharo fingatur bolus, quem capiat per ſe vel diſſoluendo in aquis Borrag. & fumar. an q. ſ. ſumat de mane quatuor horis ante cibum, cum probo vitæ regimine & eluente iuſculo ex decoctione Cicerum rub. vel Borrag. cum ſacchari rubr. ſufficienti portione &

SCD Lyon 1

bolo Cardiaco, itaque ſilentio prætermittendum nõ erit cum aquis ſtillaritiis diluendos eſſe, quæ ad varias partes accommodantur & iiſdem aff ctibus plane obſiſtant, quarum ſeries fuit expreſſa, obid ne prolixiores ſimul ſigillatim in ſingulis bolis non apponimus.

## Capvt VIII.

### *De potionibus.*

POtiones medicamentoſæ ad purgandum inprimis neceſſariæ ſunt iis, qui temperamento ſunt ſicciore, & affectu laborant ex frigiditate & ſiccitate, aut ex caliditate aut ſiccitate, aut ex humore tali qualitate præditi; æſtate magis quàm hyeme, circa finem veris, & autumni initium; nihilominus tamen etiam & naturis hiſce contrariis, & affectibus diſſimilibus à pituita genitis plerumque præſcribendæ ſunt; quia ſimul miſcemus medicamenta purgantia phlegmagoga, vel mediocria vel vehementiora cum aliis medicamentis, quæ vias paratu faciles reddunt & humores craſſos ſimul extenuant, vt facilius excretioni humores euacuandi cedant, atque pareant, nec non addimus ea ipſa medicamenta

SCD Lyon 1

dicamenta membris peculiari dote prædita, quæ transferant & vehant vim medicamenti & vapores ad illas partes: Itaque diluuntur hæc medicamenta purgantia vel cum decoctione communi, vel cum alia quæ præcipuè ſanationi ſit accommodata, vel cum aquis ſtillatitiis, quæ in promptu ſunt & facile paratæ inueniuntur in officinis apud pharmacopœos; horum omnium doſis & quantitas aliter definiri non poteſt; niſi ex proprio temperamento & ſicciore affectu: quò enim maior eſt ſiccitas, modò ventriculus amplior ſit & capax ſatiſque robuſtus ad continendum, neque ad nauſeam & vomitum propenſus ſit, maior exhibenda eſt, ſin verò contra, minor. Cæterùm communem & vſitatam nec moleſtam doſim omnium ſi tibi proponere volueris, ad ℥. iiii. ſufficiet, aut ſaltem ℥. v. non excedat. Hora autem aſſumptionis ſit, à ſummo mane, expergefactis quatuor horis ante cibum nullo interim ſomno aſcito; quia quod liquidum eſt facillimè diſtribuitur & ſuas vires in purgando citiſſime exerit, vti craſſum multum reſiſtit, & tarde quaquauerſum ſeſe inſinuat. Veruntamen obſeruandum eſt, in iis qui ex aliqua occaſione vel naturæ proprietate facilè exoluuntur à purgantium aſſumptione

SCD Lyon 1

vel ratione morbi vel ſymptomatis, vel denique alicuius accidentis ſuperuenientis à cauſis externis, vires non mediocriter collapſæ apparent: poſt aſſumptionem medicamenti purgantis, vt vires recolligant, calórque naturalis vegetior reddatur, vt melius & facilius actionem medicamenti purgantis promoueat: Somnus ſtatim accerſendus breuior ad ſemi horæ partem vel ad horam ad ſummum, nec longior ne impediret actionem purgandi optatam. Præterea animaduerſione dignum erit in illis ipſis quibus eſt vomendi facilitas vt præſidio apto & opportuno occurras, vt melius intra ventriculum datam potionem contineant, in aqua frigida manus extremas immergant: leni & iucundo colloquio animũ aduertant, aceti vel vini generoſi odorem naribus obiicias, vel cepam diſſectam & aceto fortiſſimo imbutam prope nares olfaciendam præbeas; mali Cydonij taleas & ſegmenta mandenda præbeas, ita, vt ea minime deuorent: Ad hæc piper in ore & circa dentes continere ad vomitum arcendum quidam fœlici ſucceſſu & euentu comprobarunt: Inter omnia plurimum conferent eiuſmodi prꝗſidia, frictio lenis & moderata in extremis cruribus, tibiis pedibuſve peracta.

C A P.

SCD Lyon 1

## CAPVT IX.

*Potio medica in affectibus calidis bilem repurgans, quam alui immoderato fluxu à bile & pituita excitato, purgando & aſtringendo ſimul, neceſſe eſt adhibere.*

℞. Rhabarb. opt. in tota ſubſtantia, *purgãdo aſtringit, vt in diluto liquore expreſſo magis euacuat, per ſe ita dari poteſt vel leuiter exuſtum ne vis purgatrix quodammodo euaneſcat, ſed quia Empyreuma ab aduſtione relictum quidam pertimeſcunt, ne ob eam cauſam magis fluxum excitet ideo mihi conſuetum eſt, ſic preſcribere diligenter irrorati & remolliti in aqua portulaca, quia inſpiſſat, ob id fluxum cohibet, & frigiditate incendium non modò bilis, ſed etiam medicamenti remittit,* ℈. iiii. aut ʒ j ß. *Nõ additur ſpica, neque Cinamom. quia cum Rhabarbaro adiecta non modò fœlicitant, vt illi inquiunt Rhabarb operationem, ſed etiam vim purgandi accelerant atque augent,* Myrabol. Citrinar. ſine infricatione oleorum, *cum de obſtructionibus inaugendis nullum periculum exiſtit ſed magis aſtringendo proficiendum veniet. Si vero obſtructiones timeas* cum oleo amygdalarum dulcium confricatarum. *& vbi aliqua pituita reſiccanda foret,* & chebul. an. ℥. ß. aut ℈. ii. Syrup. Cydoniorum, & de roſis

ſiccis, an.℥ ß.aquæ plantag. *quæ vel leniter abſtergit,ſed magis aſtringit*, & Borrag.*quæ tametſi aſtrictione non polleat, quia Cardiaca, ob id vires & ſpiritus inſtaurat, præſertim cum exolutio ſubſequi ſoleat, in omni immoderata vacuatione, aliquot cardiaca ſemper miſcenda erunt*, an.℥ j.ß. vel ℥.ii. Miſce, fiat potio, ſumat mane tribus aut quatuor horis ante cibum. *Nam hic differre vltra non conuenit, vt cibi pondere, quod imbecilliter attractum fuit deuoluatur, ſine vllo alioqui iuſculo exhibere oportet, quia nulla ſunt medicamenta ex ſcammoneo & aliis eiuſmodi vehementiora.*

℞. Conſeru.roſ.antiquæ, *eo quòd magis aſtringit, quam recens, quia humiditas quæ relaxat, vetuſtate expirauit* ʒ.ii.aut ʒ j.ß. addendo pulu.diamargar.frigidi, *quia roborat, confortat & refrigerat*, & raſuræ Eboris, *ſiccat & aſtringit*, an.℈ j. ſacchari roſati, parum, miſce, fiat Bolus, quem ſumat in diem craſtinum medicamenti purgantis tribus horis ante cibum de mane.

℞ Rhabarbari optimi in aqua End.infuſi & expreſſi, *& ſi magis actionem promouere volueris aperiendo vias obſtructas, cum leuiore caliditate addes cum modico vini albi*, ʒ.ii. Cinamomi, eodem modo præparati, *quod ſi diſtillationes interdum è capite pertimeſcas, eius loco ſpicæ Nardi* eodem modo præparat. ℈.ß.

In

SCD Lyon 1

In colatura diſſolue Syrup.roſ.ſolut.ſimpl. & ſine ſcammoneo,℥.ij. Si minus purgare volueris.℥.j.ß. Miſce, fiat potio, quam ſumat mane quatuor horis ante cibum, cum proba vitæ lege inſtituta.Cęterùm ſi decoctionem communem aſcribere nolis, ſed facilè parabilib us aquis ſtillatitiis potionem medicamentalem diluere hoc modo licebit, aquarum End.acetoſ. fum. Cichorii, violarum, Borrag & Capill.ven.ex iis duas tantum frigidas cum frigidis vel temperatas tantum, an.℥.ij.

*Potio purgans biliosa cum ſcammoneatis medicamentis, ex decoctione peculiari pro arbitrio medici accommodata.*

Accipe glycirr.raſæ parum contuſæ, ℥.ß. prunorum dulcium, paſſularum mundatarum, iuiubarum, *vt feruorem bilis reprimant & dulcedine eluant*, an.par.vj. quatuor ſem. frig.mai.an.ʒ.j.ſeminis aniſi, *quia interdum flatus ſunt & ex errore victus geniti & ad aperiendas vias obſtructas interdum addere poteris* ad ʒ.j.ß hordei mund.p.j.trium florum cord. an.p.j. fiat decoctio de colatura, cape ℥. iiii. in qua diſſolue Rhabarbari optimi:


SCD Lyon 1

in aq.end.infuſ. ʒ.j.ß. ſpicæ eodem modo præparatæ gran.iiii. Electuar è ſucco roſar. ʒ.ij. *Caſſiam autem in potionibus medicamentoſis addere magnopere ingratum eſt aſſumentibus*, ſed Catholici ſufficientem quantitatem præſcribere plerumque neceſſe eſt, nam vniuerſim omnes humores repurgat, ob id ſeroſa & biliosa educit, continetque, Caſſiam repreſſam & temperatam, ʒ.iii. vel ℥.ß. Syrup.roſar.lax.℥.j.Syrup.violar.℥.ß.Miſce, fiat potio quam ſumat in Aurora, cum probo vitæ regimine & eluente iuſculo, & ſequenti die bolo cardiaco pro affectibus calidis antea commemoratis.

### *Potio purgans bilioſa & pituitoſa ſine ſcammoneatis.*

℞. Agar. recent. trochiſcati in oxym. ſimpl. in aqua Beton.expreſſi & infuſi, ℈.iiii. aut ʒ.j.ß Rhabarbari optimi, *etſi bilem repurget, primario pituitam ſecundario ducit, generoſis & mediocris fortunæ hominibus in omni potione medicamentoſa frugi & ſolemne medicamentum non prætermittendum* in aqua Betonicæ eodem modo infuſi & expreſſi. ʒ.j. Cinamom. eodem modo præpar. gran.iii. cum decoctione communi medicinæ, addendo

SCD Lyon 1

cinæ addendo ſem. Carthami, ℥.ß. *& ne diutius in ventriculo hæreat actionemq; eius acceleret*, ſem. aniſi ʒ.j ß. In colat. diſſol. Syrup. roſar. ſolut. ſine ſcammonio, ℥.j.ß. vel ij. Syr. capp. ven. Mellis roſ. col. an. ℥.ß. Miſce, fiat potio quam ſumat quatuor horis ante cibum, cum probo vitæ regimine. Si cum aquis ſtillatitiis diluere voles aquar. Beton. ſaluiæ, primulæ veris, Iuæ artheticæ, abſynt. artemiſiæ, Borrag. Capp. ven. dicas ex iis, an. ℥.j.ß. vel ij.

## *Alia ſimilis cum ſcammonio.*

℞. Glycirr. raſæ & parum contuſæ, rad. Enulæ Camp. an. ℥.ß. prunorum dulcium, paſſularum mundatarum, ſebeſten, an. par. iv. ſeminum aniſi & fœniculi, an. ʒ.ß. flor. ſtœcados, roriſmarini & trium flor. cord. an. p.j. fiat decoctio: De colatura, cape ℥.iiii. in qua diſſolue catholici ℥. ß. Diaphænici & diacart. an. ʒ.ij. Syr. roſ. ſol. ℥ j. Syr. è ſtœcade vel mellis roſ. colat. pro affectibus vteri, Syrupi de Artemiſia vnum ex iis tantùm, ℥.ß. Miſce, fiat potio quam ſumat mane quatuor horis ante cibum, cum probo vitæ regimine & eluente iuſculo, ex ſaccharo rub. die verò ſequenti, cum bolo cardiaco pro affectibus



SCD Lyon 1

frigid. antea deſcripto ex theriacæ antiquæ ʒ.j.

## *Potio purgans melancholica ſine ſcammoneatis.*

℞. Cathol. ℥.ß. *quamuis ſit vniuerſale medicamentum ad craſſos humores vacuandos, præſertim ad melancholiam confert*, cum decocto communis medicinæ, addendo polipod. quercini recentis, Epithymi, vel foliculorum ſennæ mundator. an. ℥.ß. ſem. aniſi, *vt flatus diſcutiat & facilem purgationem reddat in melancholia*, ʒ.ii. In colatura diſſolue Syrup. roſ. ſol ℥.ii. Syr. de Bugloſſ. ℥.ß. Miſce, fiat potio quam ſumat mane quatuor horis ante cibum, cum probo vitæ regimine, ſi verò ſine decoctione, cum aquis ſtillatitiis diluere voles, addes aquarum Borrag. lupul. fum. Cichorii viol. Cappill. ven. duas ex iis, an. ℥.j.ß vel ℥.ii.

℞. Cortic. rad. Bugloſſ & glycirr. raſæ & parum contuſæ, an. ℥.ß. paſſular. mundatarum, prunorum dulcium, ſebeſten, an. par. vi. ſem. Melonum, *quia aduſta refrigerat & aperit*, ℥ ß. ſem. aniſi & fœniculi, an. ʒ.j. *Cum flatus diſcutere tentas, magis*, ʒ.j.ß. hordei mundati p.j. polipod. quercini recentis Epithymi, an. ℥.ß. trium florum cordial. an. p.j. fiat.

decoctio

SCD Lyon 1

decoctio, de colatura cape ℥.iiii. in qua diſſolue Cathol. ℥. ß. Confect. hamech. & diaſennæ, ſolut. an. ʒ. j. ß. *ſi plus purgare conſilium ſit in robuſtis*. ʒ. ii. Syrup. roſ. ſol. & de Bugloſ. aut Capp. ven. aut viol. an. ℥. j. Miſce, fiat potio quam ſumat mane quatuor horis ante cibum, cum probo vitæ regimine & eluente iuſculo ex pullo recenti, vel ex decoctione Borrag. ſequenti die cum bolo cardiaco.

℞. Conſeru. flor. vel rad. Bugloſſ. & violar. an. ʒ j. ß. pulu. diamarg. frig. ʒ. ß. ſacchari Candi modicum. Miſce, fiat Bolus, ſumat de mane quatuor horis ante cibum.

## CAPVT X.

### *De Prægnantibus.*

PRægnantibus & vterum gerentib. primis nec poſtremis menſibus vehementiora medicamenta purgãtia præſcribere ex Hippocrate tutum nullo modo eſt, quia eo tempore vincula, & membranoſa ligamenta conceptus vtero cohærentia facilè à motu purgationis excitato diſrumpi diſſoluique poſſunt, hinc abortus intempeſtiuaque excretio, quemadmodum in fructibus quibus pediculi qui primum erumpunt firmi non ſunt, faciléque euelli poſſunt. Sic



SCD Lyon 1

in maturitate promptè decidunt. Eodem modo euenit ex medicamentorum purgantium exhibitione in prægnantibus, vt illa agitatione à purgatione vehementiori peracta, facile ſuo loco diſſiliant & rumpantur, ſicq; infans facile vtero excidat. Sed tamen ſi verè Hippocratis ſententiam interpretari licet, intelligendum eſt vterum gerentes repurgandas non eſſe illis ipſis medicamentis, quæ ſuo tempore vſitata frequentataque erant, vehementiora: ex Helleboro & peplio; ſed fœlix noſtrum ſæculum non ſolum meliora, ſed etiam mitiora inuenire & obſeruare potuit, quę omni tempore geſtationis, ſine incommodo & vlla noxa exhibentur, ex quorum genere ſunt multa bilem & pituitam repurgantia, tum ſimplicia, tum compoſita, vti caſſia fiſtularis, Manna, Myrabolani, Tamarindi & conſimilia; Nec Rhabarbarum reſpuendum eſt præter Neoterici cuiuſdam ſententiam, ſi modo detur in tota ſubſtantia; Nam præterquam quod repurgat ſine effreni motu aſtringendo corroborat, abortúſque periculum non infert, niſi liquida & tenuis expreſſio exhibeatur.

* *
*

Cata-

SCD Lyon 1

*Catapotia quæ bilem & pituitam repurgant, & in prægnantibus omni tempore accommodata eſſe poſſunt, modo febris non vrgeat & calore extorreatur.*

℞. Maſſ. pillul. de hiera ſimpl. ʒ.j. cum aqua abſynth. vel Borrag. aut Capp. ven. formentur pillul. quinque quas capiat poſt primum ſomnum, cum probo vitæ regimine.

*Bolus purgans bilem clementer in prægnantibus omni tempore.*

℞. Caſſiæ recenter extractæ ſub fumo decoctionis aniſi, *vt non flatus gignendo officiat, alioqui ſine vlla correctione, quia flatuoſa, fœtum excutere poſſet, ligamentorum diſtenſione, ex qua ruptio ſequeretur, hinc tandem intempeſtiua excretio,* ʒ.x. ſacchari Cand. modicum. Miſce, fiat Bolus, quem capiat per horam ante cibum.

℞. Syrup. roſar. ſolut. ℥.ij. aquarum Borrag. & Capp. ven. an. ℥.j. Miſce, fiat potio quam ſumat de mane tribus aut quatuor horis ante cibum, vel cum decoctione communis medicinæ addendo Thamarin. ℥.ſ.

SCD Lyon 1

## *Potio purgans bilem omni tempore in prægnantibus.*

℞.Rhabarb. optimi in aquis Betonicæ & Bugloſſ.remolliti, ℈.iiii. ſpicæ nardi,gra.iii. *Caue ne addas Cinamomum. Nam menſes mouet,ob id abortum facit. Agaric. non præſcribitur,quia nauſeam excitat & interdum vomitũ, ſicq́; eiuſmodi motibus, conſequutione partium fœtus excutere poſſet, ideo Rhabarb.ſolum ſufficiet quod non modo bilem,ſed etiam pituitam educit*, cum decoctione communi medicinæ addendo ſem. Carthami, ℥.ß. ſeminis aniſi, *ne carthamus ventriculum offendat additur* ʒ. j.In colatura diſſolue Syrup.roſa.ſol.℥ j.mellis roſ.col ℥.ß. Miſce, fiat potio quam ſumat mane quatuor horis ante cibum. Porro cum quid in pulmonibus prægnantium inſiſtat magnopere conducet exhibere, ℥.i.ſ. Mannæ granatæ in iuſculo pulli per horam ante cibum ad repurgandam bilem & pituitam ſine violento motu.

## *Potio purgans ſeroſa & aduſta.*

℞. Glycirr. raſæ & parum contuſæ cortic.rad. Borrag. an.℥.ß. paſſularum mundatarum,prunorum dulcium,an.par.vi. ſemin. aniſi,ʒ.ii.polipod.quercini recentis, Epithymi,an.℥.ß.Myrabo.Indarum,cum oleo amygdal.

SCD Lyon 1

gdal.dulc.confricatarum. ℈.iiii. trium flor. cord an.p.j.flor.Roriſm.p.ſ. *Caue ne ſemina ſrigida adſcribas vllis prægnantibus, Nam tormina excitant, ideo fœtum ad exitum accelerant: & quod animaduerſione dignum eſt in eiuſmodi medicamentis purgantibus, quæ vtero deſtinata ſunt peculiari dote, adiicienda non erunt,* vt Syrupus de artemiſ.aqua vel folia eiuſdem, *neque matricaria, neque Mercurialis, nam cum medicamentis purgantibus permixtæ promptè & ad eam partem deuehunt non modo vim, ſed vapores medicamenti, hinc maior purgatio & denique maior motus quæ vteri ligamenta diſſoluunt & partum accelerant.*

## CAPVT XI.

### *De Infantibus.*

CÆterum Infantes ac impuberes & qui decimum annum non ſunt prætergreſſi lenioribus medicamentis & mitioribus euacuandi erunt, quia illorũ ſubſtantia halituoſa, multa & prõptè diſſipatur ab vſu medicamentorũ purgantiũ & vehementium & medioeriũ. Itaq; quando neceſſe eſt in puerulis ac lactantibus aluum ſubducere glande vel enemate ex decoctione pulli ad quartaria j. vel ii. caſſiæ ex Canna extractæ, ℥.ß.

SCD Lyon 1

ſacchari rub.℥.ß. Addes vitell. ouorum numero j. enema ſubiiciatur, mane vel ſero à ſomno expergefactis, præterea conſulendum matri vel nutrici, vt medicamentoſis cibis, laxantibus iuſculis, ex Mercuriali, Malua, Beta Borragine vtantur, prunis dulcibus, decocto eorundem, vel etiam per os aſſumptis medicamentis purgantibus pro ſanationis affectu diſſimilibus, ob id Hippo. ſexto Epid. conſuluit, vt ſi quis infantem purgare volet, Mater Cucumetem agreſtem edat, vt vis medicamentorum purgantium in lacte transfundatur: interim tamen vehementiora præſcribenda non ſunt, ne natura matris labefactetur, interdum licet hæc medicamenta purgantia infantibus dare.

℞. Rhabarb. opt. in aqua End. & portul. remolliti ʒ. j. mellis roſati colati ℥. ſ. aquæ Borrag. ℥ ij. Miſce, fiat potio quæ exhibeatur, paulatim cum cochleari duabus aut tribus ad ſummum horis ante ablactationem aut cibum, *purgat enim bilem & pituitam confortando clementer*, vel hoc modo in forma pulueris.

℞. Rhabarbar. opt. Mirabol. confricatar. cum oleo amygdal. dul. an. ℈. j. Polipod. querc. recentis ʒ. ſ. aniſi ℈. ii. ſacchari candi ad pondus omnium. Miſce, fiat puluis ſecundum artem, quem ſumat cum lacte per

cochlearia

SCD Lyon 1

cochlearia, vel cum decocto pulli recentis, mane tribus horis ante cibum.

### *Potio in grandiuſculis lumbricis laborantibus purgans bilem & pituitam.*

℞. Rhabarb. opt. infuſi in aqua graminis, & portul. deinde expreſſi ℈ iiii. Magis robuſtis ʒ.j ſ. ſpicæ nardi eodem modo præparatæ gran. iiii. Syr. roſ. ſol. ℥.j. ſ. aquar. portul. & acetoſæ vel Borrag. *Nam cardiaca conferunt lumbricis enecandis*, an q.ſ. Miſce, fiat potio quam ſumat mane tribus horis ante cibum.

Hæc autem potio medica in his qui decimum ætatis annum prætergreſſi fuerint tutius vſurpanda quam natu minoribus.

## CAPVT XII.

### *De Corroborantibus.*

DE Alterantium autem ſiue immutantium aut purgantium materia vel minuendo vel ex toto euacuando cumulate,

SCD Lyon 1

que eſt explicatum, reſtat vt ad ea ipſa tranſeamus medicamenta, quæ roborant & confortant, & ſemper in omni parte poſt vniuerſales purgationes vſui eſſe debent & poſſunt; ideo roborantia vulgo nominata ſunt, quòd membris peculiari dote ſunt deſtinata, vt Bugloſſ. Cordi, Eupatorium hepati, corallium ventriculo; & ampliori ſignificatu roborantia ea omnia ſunt, quæ contraria qualitate partem ad priſtinum temperamentum reuocant; vt humores noxios, ex partium imbecillitate relicta, qui ſubinde accumulantur & coaceruantur, ſenſim per partitas iterataſque purgationes, ex dierum interuallo menſiumque longitudine diſtinctas, euacuare valeant; nam ex Galeno in Methodo curatiua pronuntiatum fuit, robur partium non modo conſiſtere in probo partium temperamento, ſed etiam in iuſta quantitate & qualitate triplicis ſubſtantiæ. Quamobrem quæ immutant, & partem ad naturalem redigunt temperiem, etiam roborant ſimul; quæ humorem euacuant ſuperfluum & boni quantitatem retinent etiam corroborant & confortant ex quadam conſequutione. Eam igitur ob cauſam à practicis Latinis largè ſumpto vocabulo corroborare dicuntur. Cæterùm capiti poſt vniuerſales purgationes permulta accommodantur,
SCD Lyon 1

dantur, tum ſumpta, tum admota in affectibus calidis & frigidis, variis formis præſcripta & diuerſis facultatibus prædita, quæ corroborant ſiue immutando, ſiue ſenſim euacuando.

## CAPVT XIIII.

*Potio in calidis affectibus capitis, quæ refrigerando immutat & corroborat, vt in phrenitide, ſi perennes ſint vigiliæ.*

℞. Syrup. de papa. Syrup. viol. an. ℥. j. pulu. diamargar. frigid. *Nunquam enim prætermittenda ſunt cardiaca in Narcoticis & Caroticis medicamentis, ne calor naturalis ex valentium medicamentorum vſu, ceu extinguatur aut hebeſcat, in ſua autem ſymmetria ab illis ipſis cardiacis conſeruetur,* aquarum Lactucæ, violar. vel Nympheæ, an. q. ß. Miſce, fiat potio, quã ſumat circa horam ſomni conſuetam cum antea ſanus eſſet, vt eò magis ſomnum proliciat, nullo præcedente, neque ſequente cibo aut potu per tres horas. *Porro ſilentio prætermittendum non eſt in iis quibus ſomnia vigent & infeſtant, non tam ex caliditate quam ex deprauata concoctione & doloris inſultu, cum*

SCD Lyon 1

*aliquo frigido humore permiſto Syrupi de papa-uere tantum ad* ℥.ſ. *addes & cum pulu. diamargariti frig & pul. diaircos ſimplicis permiſcebis. Nam iris ſomnum conciliat vapore multo caput replendo & ſic caliditate ventriculi imbecillitatem à frigiditate emendat & corrigit,* Cum aquis ſtillatitiis ſimul aſcribi alienum non erit, aquam Borrag. & Capp. ven.

## *Potio in affectibus capitis frigidis, & in apoplexia, caro, Lethargo & conſimilibus calefaciens, corroborans.*

℞. Syr. è ſtœchade, Syrup. conſ. Acori vel mellis roſ. colati, vel anthoſati ex duobus tantum, an. ℥.j. Theriacæ antiquæ & probatæ, *potenter enim reſiccat* & confe&. Alkermes, *quamuis ſit cardiacum medicamentum, & non præcipuè capiti deſtinatum, tamen modo alui fluxus nullius ſit immoderatus, aut qui ex propinquo præceſſerit, plurimum confert calfaciendo, ſpiritus vitales augendo & dilatando qui ad naturales efformandos præcipua materia exiſtunt,* an ℈.j. pulu. diamoſchi dulcis, ʒ. ß *in ſomno profundo confert inexpugnabili,* Caſtorei gran. iii *Interdum ſi magis reſiccare volueris tam inſignem humiditatem & lar-*

*giorem*

SCD Lyon 1

*giorem pituitam in cerebro & neruis congeſtam, ad* ℈.ſ.*inaugere poteris*, aquarum ſaluiæ, Beto. primul. veris an. ℥.j. Miſce, fiat potio quam ſumat omni hora dum vrget neceſſitas, ſiue interdiu, ſiue noctu, modo per vnam horam aut alteram cibo onuſti & prægauati non fuerint, & quando in attonito morbo aut caro integram doſim propinare omnino non licet, in duas vices partiri neceſſe eſt: ſit interuallum à cibo aut iuſculis aſſumendis ſaltem per tres horas.

## CAPVT XIV.

### *Electuarium molle in affectibus capitis refrigerans & corroborans.*

℞.Conſ.flor.viol.Bugloſſi & Cichorij, an. ℥.ſ.Conſ.roſar.ʒ.iii.pul.Triaſantali.*nam præterquam quod refrigerat, ſuo odore, vapore aut fumo deuehit atque deducit ad caput vſque reliqua medicamenta*, pul. diamarg. frig. an. ʒ.j. pulu.diarrhod. abb. ℈.ij. Cum Syr.de End. aut viol.aut Cappill.ven.an.q.ſ.Miſce, fiat in modum opiatæ de qua ſumat, ad quantitatem nucis comeſtibilis ſuperbibendo parum vini albi diluti, cum aqua Cichorij,



SCD Lyon 1

mane tribus horis ante cibum alternis diebus vel ter in hebdomade.

## *Electuarium molle in affectibus capitis frigidis calefaciens & corroborans.*

℞. Conſ. flor. roriſm. & ſtœcados *ſi parata inueniatur*, Cōſ. rad. acori, *ſin minus augeas modum præcedentium*, an. ℥. ſ. puluer. diamoſchi dulcis & diambræ, an. ʒ j. pul. diagalangæ, ℈. ii. Syr. è ſtœcade vel Conſer. acori vel de hyſſopo, vt in Epilepſia, addendo pulueris pœoniæ ℈. ii. Miſce, fiat in modum Opiatæ de qua ſumat ad quantitatem nucis vel Caſtaneæ ſuperbibendo parum aquæ ſaluiæ & Beton. Mane tribus horis ante cibum alternis diebus vel ter in hebdomade.

## *Electuarium ſolidum in affectibus capitis frigidis calefaciens & corroborans.*

℞. pulu. diamoſchi dulc. & diamb. an. ʒ. i. pul. diarrhod. abb. & diagalangæ, an. ℈. ii. ſacchari diſſoluti in aquis Beton. & ſaluiæ, an. q. ſ. Miſce, fiat electuarium in teſſellis pōderantibus, ʒ. iii. ſumat teſſellam vnam,

mane

SCD Lyon 1

mane tribus horis ante cibum, nihil alioqui ſuperbibendo, vt magis exſiccare valeat; nihil impedit quin ad cerebrum vſque illorum vis transferatur, quia facile vſque ad cerebrum ſpirant atque transſmeant.

## Capvt XV.

*Catapotia in vſu dierum & menſium ſenſim ad repurgandam bilem, in affectibus capitis calidis, quæ ſimul corroborant.*

℞. Maſſę pill. Aſſaiar. *tametſi pituitam exigant bilem etiam euacuant*, ill. aggregatiuar. an. ʒ. i. rhab. opt. in aqua End. remolliti & pul. Thamarind. an. ʒ. ſ. Cum Syrup. roſ. ſol. formentur pill. vi. pro drachma, capiat tres dum it cubitum præcedente leui cœna, vel poſt mediam noctem ſemel in hebdomade, reliquum ſeruet in dictum vſum.

*Catapotia repurgantia pituitam & interdum melancholicum humorem in affectibus capitis frigidis.*

℞. maſſæ pillul. Aſſaiar. agari. recentis



SCD Lyon 1

trochiſcati, an. ʒ j. ſ. trochiſcor. alhandal, *potenter enim pituitam ex lõginquis partibus ſubducunt.* ℈ j. *Si bilem atrã ducere expediet, addes folliculor. ſennæ orient.* ℈ ii. vel ʒ. j *ad corrigendam ſennã, ne tormina pariat permiſcere poteris* ſem. aniſi. ℈. j. *Si verò ſcopus ſit præſeruare Epilepticos & ſanare* pulu. pœoniæ pari portione ℈ j. adiicies, cum aqua Beton. & ſaluiæ, vel in melle roſato colato, formentur pillul. ſex pro drachma, capiat tres poſt leuem cœnam in introitu lecti, vel poſt mediã noctem cum debita cuſtodia ſemel in hebdomade, aut ter in menſe, reliquum ſeruet in vſum.

## CAPVT XVI.

## De Formulis.

### *Formulæ pro affectibus capitis, cerebri, neruorum frigidis, calfacientes & refrigerantes.*

℞. puluer. nucis moſch. ʒ. ij piperis ʒ. j. in aqua ſaluiæ fiant formulæ ſimiles lupinis quæ in ore detineantur, *nec maſticãdo, nec deglutiendo in Apoplexia, ſpaſmo & paralyſi, caro & lethargo. Ad eundem ſanationis ſcopum plurimum valet theriaca antiqua, vel confectio* Ana-

SCD Lyon 1

*Anacardina in ore detenta ſingulorum, à ℈.j. ad ʒ.j Item illis quibus ex eiuſmodi ſoporiferis affectibus os non inhiat ſed clauſum permanet, & commode propinari non poſſunt medicamenta, neque aſſumi, pennam intinctam theriaca vel melli roſato colato vel anthoſato vel Oximelite ſcillitico, veluti furtim & vi quadam intra os immittere neceſſe eſt ad pituitam euocandam & reuellendam, quò minus à capite in rationis organa ac ventriculum irruat & eaſdem partes infarciat, cum ſuffocationis inſtante periculo.*

## CAPVT XVII.

## De Apophlegmatiſmis, ſeu Maſticatoriis.

*Apophlegmatiſmi, id eſt, Maſticatoria quæ pituitam è cerebro educunt.*

℞. Maſtiches ʒ.j.ß pyrethri & puluer. ſtaphiſagriæ, an. ℈.j. Miſce, fiant formulæ ad inſtar Auellanæ, quæ in ore mane detentæ pituitam ſenſim expurgent.



SCD Lyon 1

## CAPVT XVIII.

### De Gargariſmate.

*Gargarizatus & oris collutio ad eoſdem affectus frigidos cerebri, & ſoporiferos, pituitam eliciendo & reſiccando neceſſarius.*

℞. Staphiſagriæ, ℥. ſ. Synapi, ʒ iii. hydromelitis, ℥. iiii. oximelitis ſcillitici, ℥. ii. Miſce, fiat gargariſma de quo os colluat. Topica remedia pro affectibus capitis quædam admouentur, pro malis cerebri intimis, Alia verò pro affectibus externis capitis.

## CAPVT XIX.

### De Lotionibus:

*Lotio pro affectibus capitis calidis, vt in mania & phrenitide, cum cerebrum ad eximiam ſiccitatem terminatur.*

℞. Decoctionis capitis veruecis q. ſ. flor. viol. flor. Nimpheæ, an p. j. flor. Chamæmeli, *quia ſedat dolorem & in caliditate non excedit,*

*ſed*

SCD Lyon 1

*ſed magis iuuat facultate dolorem ſedando* p. ſ.ſem. pap.albi & Lactucæ,an.ʒ.ii.de colatura cape ℔.ii. ex qua fiat lotio capitis tepefacta.

## *Lotio pro affectibus capitis frigidis recalfaciens & exſiccans.*

Recip.fol.Beton.flor.ſtœcad.roriſmarini, ſaluiæ,an.p,j.ſ.flor.Chamæmeli,p.j. Calami aromat ℥.j.granorum tinctorum,ʒ,iii.Agarici fœminini,ʒ.ii.vel Corticum eiuſdem pari portione: *Non ſolum Agaricus aſſumptus pituitam educit, ſed etiam admotus extergit, & per poros ſeu inuiſibiles meatus pituitam digerit & euacuat*, fiat decoctio in media parte Lixiuii vitium & vini albi oligophori & aquæ *ad temperandum*, de colatura cape ℔.ii. Ex qua lauetur tepidè,caput mane longè à cibo.

## CAPVT XX.

## *Synapiſmus vel puluis affectibus capitis calidis vtilis.*

Recipe. Roſarum rubr. ſantalorum omnium, flor. viol. & Nymphcæ, an. ʒ. iii. Bac. myrti, ʒ ii. Coriandi præparati, ʒ. j. ſ.



SCD Lyon 1

redigantur omnia in tenuiſſ. puluerem, quo ſinapiſetur anterior pars capitis ſero & mane longè à cibo, *quando vero ſummus ardor infeſtat & phrenitis vrget, hic ſynapiſmus refrigerans apponendus eſt circa ſynciput admotis catulis diſſectis, vel pullis columbinis per dorſum diſſectis & puluer. aſperſis: mirabili ſunt auxilio phrenitidi, quia calor viuentium eſt humidus, idcirco in calore acri & feruido, eum abigit & ſuo eodemque calore vitali benignè temperat, quia moderate calidus & ſymmetros, ideo calorem alienum tollit, & humidus ſiccitatem corrigit, vita enim noſtra in calido & humido conſiſtit.* Eam igitur ob cauſam horũ animalium calor vitalis plane aduerſus eſt calori ſicco adurenti & feruenti.

℞. Seminis papau. & lactucæ, an. ℥. ii. flor. viol. & nymphεæ, an. ℥ j. ß. granor. tinctor. *Vt vehiculum ſit horum medicamentorum frigidorum ad internos cerebri ſinus,* ℈. ij. Miſce. fiat puluis de quo ſynapiſetur anterior pars capitis, *vel in ventre Catulorum vel columbarum, per dorſum exenteratorum ponatur puluis hic.*

Syna-

SCD Lyon 1

*Synapiſmus & puluis pro affectibus capitis frigidis calefaciens, ſiccans & roborans.*

℞. Nigellæ rom. parum torrefactæ, granorum tinctorum, Coriãdri præparati, Cortic. Citri ſicci, an. ℥. ij. Nucis moſchat. Cariophillorum, macis, an. ℥. j. *Quod ſi temperare voles, quando intemperies non ſolum frigida, ſed etiam inæqualis ex caliditate capitalia* addes ſantalorum omnium & roſarum rub. & Baccar. Myrti, an. ℈. ii. Redigantur in pulu. tenuem, ex quo ſynapiſetur anterior pars capitis ſero & mane. *Ex hiſce autem pulueribus & ſynapiſmis in affectibus frigidis, Cucuphas & ſemicucuphas rectè apparere poſſumus, ſi cũ ſyndone rubro vel panno Bõbacino, vel panno raro lineo interiecto pauco Bombacę carpto, interpungantur & filo inſuantur capiti geſtata & noctu & interdiu permultis præſcribenda ſunt, præſertim ſi hoc tale remedij genus gratius & accommodatius ſit quam puluis ſyncipiti reſperſus.*

## CAPVT XXI.

### *De Suffitu.*

SVffitus ex eadem materia, & in calidis & frigidis affectibus confici poterit, ex

SCD Lyon 1

eadem medicamentorum materia, ſi modo in craſſas portiones non nam tenues redigantur pulueres: In affectibus tamen capitis addere poteris gummi hœderę, torrefactum, thus & ſtyracem Calamyt. an. ℈.ii. fiat puluis craſſo modo contritus qui pro ſuffitu ſupra carbones iniiciatur, ex quo cum velamine capitis nidorem & halitum excipiat.

### *Suffitus in forma trochiſcorum paratus pro affectibus frigidis capitis.*

Recipe, granorum tinctorum, Calami Aromatici, gummi hœderæ torrefacti, an. ʒ. ii. nucis moſchatæ, gariophillorum, ſantalorum citrinorum, an. ʒ. i. ſtyracis Calamytæ, ℈. ii. roſarum rub. *vt calidiora temperent & aſtringendo roborent*, ℈ j. Miſce, fiat puluis, quo cum Ladano & Maſtiche diſſolutis in aqua ſaluiæ & Beton. an. q. ſ. formentur Trochiſci, de quibus vnus iniiciatur, ſero & mane in introitu & exitu lecti ſupra carbones ignitos, vt ſuffitus fiant pro velamento capitis. Addere interdum poteris ad magis reſiccandum & deſtilla-

tiones

SCD Lyon 1

tiones arcendas Nigellę rom. parum torrefa-
ctæ & galliæ Moſchatæ, an. ʒ. ſ.

## CAPVT XXII.

### *Puluis & ſynapiſmus pro affectibus capitis, in affectibus externis, vt in capillorum effluuio, vt in areis, ophiaſi & ſimilibus deſiccans & capillos generans.*

Recipe, Inſectorum paruorum animalium, (quæ parua ſunt, & de inſectorum genere rubra & aliquot nigris maculis diſtincta & variegata,) in ſole vmbra deſiccatorum, pulueris Talpæ leniter combuſtæ, pulueris apum, an. ℥. ſ. Abrotoni ſicci, adianti vtriuſque ſicci an ʒ. ii. Cortic. intimi auellanarum, ʒ. i. ſ. ſpicæ nardi, ʒ. i. redigantur in puluerem, qui capite deraſo & probè cum panno aſpero confricato capiti inſpergantur, Ex eodem pulu. cum melle q. ſ. excipere interdum licebit, vt ad linimenti formam reducas de quo illininiatur ad eoſdem vſus.

* *
*


SCD Lyon 1

*Puluis & ſynapiſmus à nobis probatus & expertus, in achoribus & tinea vlceribus capitis manantibus, modo præceſſerit fotus rarefaciens & abſtergens qualis accommodari poteſt, qui antea fuit præſcriptus, ex decoctione & irrigatione capitis frigidi.*

℞. Lapides ſiliceos num. iii. aut v. aceto acerrimo per biduum aut triduum macerentur, poſtea in clibano calido tamdiu permaneant vt poſtea conteri poſſint. Ex his fiat puluis qui capiti inſpergatur continuando per hebdomadam, ſed ſi dolor excitetur vehemens ab vſu iſtius medicamenti, fiat decoctio ex floribus Chamæmeli & flor. plantag. an. p. ii. ex qua fiat vt dictum eſt. Cæterum iſti lapides nitri & ſulphuris nidorem præ ſe ferunt, ideò potenter abſtergunt & deſiccant.

## CAPVT XXIII.

*Linimentum in affectu capitis frigido & ſoporifero, vt in caro, multum deſiccans & vigilias inducens.*

℞. Capillorum hominis, q. ſ. comburantur

SCD Lyon 1

xantur de quorum puluere excipiantur, ℥. ii. Caſtorei, ℥. ß. miſceantur cum ſucco rutæ & fiat in modum linimenti, de quo prius antea, confricato capite illiniatur pars anterior & poſterior ſero & mane.

## Capvt XXIV.

*Emplaſtrum efficaciſſimum in deſtillationibus capitis præſertim à materia frigida, quod vim habet calfaciendi, & deſiccandi, ex alto trahendi, ob id reuellendi & aliqua ex parte corroborandi.*

℞. Galbani, ſtyracis calamitæ, Maſtiches an. ʒ. j ſtercoris columbini, *ex alto enim trahit & reuellit, quo minus deſtillatio irruat in partes inferiores*, ʒ. ii ſtercoris muris, *hiſce viribus pollet & reſiccat non mediocriter*, ʒ. j. Nigel. rom. parũ torrefectę ℈. ii. Nucis moſchatæ & granorum tinctorum, an. ℈. j. Cum pauca therebentina aut cera manibus inunctis cum oleo nardino, fiat emplaſtrum paruum rotundum vel ad formam literæ, T. quod ſupra ſinciput & ſuturam corronalem & rectam quam ſagittalem appellant, per vnam aut alteram hebdomadam retineat, poſtea renouetur ex relicta maſſa

SCD Lyon 1

vſui reſeruata hîc à nobis præſcripta. In iis quibus lues venerea altius inſidet,& dolores capitis diuturnos ac ſolutu difficiles excitat, vt nullis vſitatis præſidiis, neque aſſumptis, neq; admotis ſedetur & interquieſcat, bene antea eraſo capite & panno aſpero confricato paretur emplaſtrum ſequens efficaciſſimum, tubercula & tophos emolliens & inflationem diſcutiens, dolorem ſedans, hoc modo.

℞. Maſſæ Emplaſtri de ranis, *ſic nominati à Ioh. de Vigo compoſiti, peculiariter enim doloribus morbi gallici medetur* ℔. ſ. Emplaſt. filii Zachariæ, Emplaſtri de melitoto. emplaſt. diuini, Empl. Cheronci, Empl. diachilonis ireati, an ℥.iii. farinæ ſem. lini & fœnugr. *ſedãt dolorem & diſcutiunt*, an. ℥.ſ. Bdellii, Ammoniaci, *Emolliunt* diſſolutorum in oleo de lilio, an ℨ.iii. Croci, *Concocteriam & Anodinam facultatem poſſidet*, ℨ.ſ. therebentinæ, q.ſ. formetur Magdaleon, id eſt, maſſa Emplaſtri ex qua ſuper alutam formetur pileolus, qui capiti deraſo imponatur continendo ad v. aut vi. dies, poſtea renouetur. Quin & maximuſerit vſus in Tophis & articulorum doloribus, ſi particularia fiant Emplaſtra pro aliis membris noſtri corporis, eo ipſo malo conflictatis.

CAP.

SCD Lyon 1

## CAPVT XXV.

*In affectibus capitis calidis & ab inſigni feruore excitatis, vt in febribus ardentibus, quando vigiliæ excruciant, & de phrenitide inſtante propinquum periculum eſt, vnguentum tale præſcribatur.*

Recipe, vnguenti populeonis ℥. ii. aut iii. inungatur regio frontis aut temporum frigidè, vel vt penetret tepide; itaq; non modo conducit eo loco apponere, ſed etiam in volis manuum & pedum & circa carpum, quia cum ſint neruoſæ partes ex communione & conſequutione quæ eſt cum cerebro neruorum principio, inde vis & qualitas medicamenti ad eandem partem transferri poterit, vel propter arterias excarnes, quæ in illis locis interſertæ ſunt, ſanguis feruidior refrigerari & tenuior incraſſari poteſt, ob eam igitur cauſam ſomnum allicere poſſunt.

*Illitus in affectibus capitis calidis ad repellendum vaporum acrium influxum, vt in febribus ardentibus.*

℞. Oxyrrhodini ℥. iii. aut iiii. illiniatur

SCD Lyon 1

regio frontis & temporum tepidè vel frigidè, longe à cibo, quod hoc modo parare poteris.

℞. Olei roſacei, ℥ ii. aceti vini albi, ℥. j. albumina ouorum numero ii. agitentur omnia ſimul. Miſce, fiat in modum linimenti de quo illiniantur regio frontis & temporum, eo modo vt antea dictum.

*Illitus in affectibus capitis à frigida & mixta materia obortis abſtergens, reſiccans, dolorem ſedans atque roborans hoc modo.*

℞. Aloes ℥. ß. Olei roſacei q. ß. Aceti parum, miſce, fiat in modum linimenti quo illiniatur frons & tempora tepidè longè à cibo. Cęterùm quia talia humida & liquida in doloib. capitis ſedandis dum opportunum eſt diſtillationibus plerumque officere ſolent, idcirco aliud præſidij genus moliendum quod forma ſua iiſdem viribus polleat.

## Capvt XXVI.

*Frontale refrigerans ſomnum concilians & acrem dolorem mitigans.*

℞. flor. violar. Nympheæ & roſar. an. ℥. j. ſam-

SCD Lyon 1

j ſantalorum omnium ʒ.j.ſeminum papaue-ris albi & Lactucæ, an. ʒ j. Cortic. rad. papau. ℈.ij. *& vt vehiculum ſit horum medicamentorum frigidorum ad cerebrum vſque & interiores ſedes*, granorum tinctorum, ℈.ii. *Interdum addere poteris, flor. Chamameli & Melilot. & Anethi, qui plus æquo non calfaciunt & ſimul ſedant dolorem ac ſomnum prouocant*, an. ʒ. j. Miſce, fiat puluis irroratus parum cum aceto vini albi & aqua roſacea, cum ſyndone rubro vel panno raro lineo; fiat frontale interpunctum quod in fronte geſtet diu & noctu donec leuamen ſentiat.

*Frontale in dolore capitis à materia frigidæ vel miſta, calfaciens, ſiccans, dolorem ſedans & corroborans.*

℞. flor. Chamæmeli & Meliloti, an. ℥.j. Coriandri præparati, ℥.ß. granorum tinctorum, Macis, Nucis Moſchatæ & Betonicæ, an. ʒ.j. ſantalorum citrinorum & roſarum rub. an. ℈.ij. redigantur in pulu. & aqua Betonicæ aut ſaluiæ irroretur parũ, & ſyndone rubro vel panno lineo raro & pauco bombace excipiatur, vt blande calefaciat in hoc doloris pathemate à cauſa frigida, fiat fron-



SCD Lyon 1

tale quod in fronte gerat tandiu donec leuamen ſentiat.

## CAPVT XXVII.

### *De auribus.*

IN affectibus aurium calidis & frigidis, ea ipſa medicamenta, quæ ſenſim euacuant, viſualia, vt ſic loquar, antea præſcripta & electuaria corroborantia pro affectibus capitis aſſumpta magnopere proficere poterunt, vtiliter autem hæc ſequentia admouebuntur.

*Suffitus pro affectibus aurium calidis refrigerans & ſedans dolorem.*

℞. Roſar. rub. & flor. viol. & Nymphеæ, an. p. j. flor. Chamæmeli, p. ß. Balauſtior. ℥. j. ſantalorum omnium, ℥. ß. fiat decoctio, ex qua per infundibulum fiat ſuffitus qui intra aures excipiatur & immittatur. Mane longè à cibo.

*Suffitus in affectibus aurium frigidis calfaciens, abſtergens, expurgans & diſcutiens vapores & flatus.*

℞. Cort. ligni ſancti, *potenter ſiccat & abſtergit*

SCD Lyon 1

*ſtergit & halitu ſuo vapores & flatus in ſurditate & aurium murmurio diſcutit*, galangæ, Calami Arom. an. ℥. ß. ſchœnãti, ʒ. iii. florum ſtœcados Roriſmarini, ſaluiæ, an. p. j. flor. Chamæmeli & Meliloti, an. p. ß. amygdalar. amararum, *plurimum abſtergunt & deſiccant*, Idcirco *abſumunt vapores & flatus in auribus incluſos*, ℥. j. Euphorbii, *potenter exſiccat & abſumit, altius penetrando*, ℈. ß. ſi fiat decoctio in media parte vini albi & aquæ, ex qua ſuffitus fiat per infundibulum qui excipiatur intra aures ſero & mane longè à cibo.

### *Illitus pro affectibus aurium calidis refrigerans & mitigans dolorem leniendo.*

℞. Olei roſar. viol. an. ℥. ii. *ſi mixta materia ſit loco olei roſarum addes olei Chamæmelini tantundem*, vel ad ℥. iii. miſceantur ſimul & cum bombace in ipſis oleis inuncto guttatim imponatur intra aures, vel cum eodem bombace ipſis oleis imbuto occludantur aurium introitus mutando renouandoque bis aut ter in die.



SCD Lyon 1

*Illitus in affectibus aurium frigidis calfaciens, ſiccans & abſtergens.*

℞. Olei amygdal. amar. interdum ſolum ad ℥.iiii.vel cum oleo Nardino, *quando ſimul aſtringere & roborare neceſſe eſt, horum ſingulorum,* ℥.ii. *Si verò magis reſiccare & abſumere conſilium eſt* olei de Caſtoreo, ℥.j. Et ſi paratum inueniatur arte chimica oleum de Thymo efficaciſſimum eſſet. Miſceantur ſimul & cum bombace oleo imbuto guttatim intra aures imponatur, & ex eodem includat aures.

## CAPVT XXVIII.

### *De oculis.*

IN oculorum affectibus generalia ea medicamenta vſurpantur, quæ in affectibus capitis deſignata fuerunt. Ex Catapotiis tamen pillulas lucis maiores peculiariter dare poteris, ad ℈.ii. vel ʒ. j. cũ ſucco herbæ fœniculi. Inter admota medicamenta, quæ in eiuſmodi oculorum malis eueniunt hoc perpetuo memoria tenendum eſt, indicatione ſumpta à peculiari natura & conſtitutione partis,

SCD Lyon 1

partis, acria & exedentia nullo modo eſſe vſurpanda, propter exactum ſenſum & earum partium mollitiem; ſed tamen indicatione ſumpta nonnunquam à materia morbifica, vt in vngula, Cataracta & conſimilibus affectibus, adhibenda ſunt nihilominus quædam acria & multum abſtergentia, vt fellis genera, auium rapacium & piſcium ac Metallica, Antimonium, tuthia & conſimilia; nam indicata morbi materia quæ craſſior infixa eſt & coit eo loco, reſiſtendo frangit & remittit vim medicamentorum acrium, quominus vel membranas, vel humores oculum conſtituentes offendant. Præterea obſeruandum eſt Lactucam & aſſumptam & admotam, nec non & oleum exterius præcipuè non conuenire, quia incraſſant & aciem oculorum perſtringunt, cum ſpiritui ad videndum deſtinato, ceu caliginem inducant. Cæterùm inter ea ipſa medicamenta quæ oculis imponuntur, hæc peculiaria ſunt collyria nominata, ſiue liquida, ſiue ſicca; alia verò cataplaſmatis vice impoſita proſunt; fotus etiam interdum adhibentur, ſed non ſemper vſurpandi, nam ſi ex aſtringentibus & reprimentibus parentur vel frigidi admouentur, ob id materiam in oculis impingũt & inculcant, ſin vero fiant reſoluentes fotus, calidè vel tepidè, relaxant & diſſoluunt



SCD Lyon 1

oculi robur magiſque attrahendo nocent quam diſcutiendo iuuare videantur.

Interim tamen cum probè vniuerſum caput & corpus repurgatum fuerit fotus pro affectibus oculorum calidis conſimiles proſunt.

℞.Roſar.rub.& flor. viol. an.p.j. ſummitatum fumariæ, *quia fumos ex oculis abigit,* p ß.Balauſtior.ʒ.j.ß.ſantalorum omnium,ʒ.ß.fiat decoctio in aqua pluuiali qua foueatur oculus cum linteo molli & panno raro: non cum nimium calfacientibus, & multo minus cum ſpongia, quia ſalſugine & acrimonia pungeret oculos & morderet, dolorem moueret, fluxionemque conſequenter excitaret.

## *Fotus pro affectibus frigidis oculorum calfaciens ex tenuitate eſſentiæ.*

℞. fœnugr. ter loti in aqua Ciſternæ, *ne nimis calore ſuo robur oculorum diſſoluat temperatur aqua lotione.*ʒ.ii.ſem. fœnic.ʒ.j.rad.acori vulgaris, ʒ.ß. fiat decoctio in media parte vini clari & odoriferi & aquæ pluuiæ, qua foueantur oculi tepidè ſero & mane longè à cibo.

*In*

SCD Lyon 1

*In affectibus oculorum calidis, quando lippitudo & inflammatio infeſtare incipiunt non parum conducet hiſce remediis ſequentibus vti.*

℞. Tria albumina ouorum, agitentur fortiter donec ſpuma multa erumpat, ea detracta ſuper affundes aquæ peculi roſarum, *ad magis repellendum circa inflammationis initia,* ℥.ij aquæ roſar. *vt ſuo odore penetret*, ℥.j. Miſceantur ſimul & ſæpius, oculis imponatur. Item ad eoſdem vſus plurimum confert ſequens præſidium.

℞. Seminum Cydoniorum, ℥.j. ſeminis pſilij. ℥. ß. Cum aqua roſarum & violarum extrahatur mucago, vſui reſeruetur, de qua ſæpius imponat in horas oculis ad ardorem mitigandum & dolorem ſedandum: ſua viſcagine & glutinoſa conſiſtentia ſpiracula per quæ fluxio humoris tenuis irruere ſolet, præcludit. Pomum ſemiputre ad dolores ſedandos oculorum, cataplaſmatis vice impoſitum, quando portione aqua roſacea irroratur magni vſus eſſe ſolet, quia refrigerando lenit.



SCD Lyon 1

## CAPVT XXIX.

*Collyrium in affectibus oculorum calidis circa inflammationis initia refrigerans, repellens, & leniendo dolorem ſedans.*

℞. Trochiſcor. alborum rhaſis ſine opio, ℨ.ii. licii. ℨ.j. aquæ peculi roſar. ℥. iiii. Miſce, fiat collyrium quod intra oculos infundatur ſero & mane, vel hoc modo.

℞. Aquæ roſar. ℥.iiii. Lapidis hæmatitis, Coralli rub. pulueriſati, cum aqua roſ. loti, an ℈.ii. Margaritar. *refrigerando, emundant ſpiritus caliginoſos & oculos corroborans* ℈.j. pulu. Myrabol. citrinar. *Emundant & roborant, cum frigiditate*, ℨ.ß. Caphuræ gran. iii. Miſce, fiat collyrium quo oculi madefiant, mane & ſero.

*Collyrium in affectibus oculorum à mixta materia, tum calida, tum frigida circa incrementum ophthalmiæ partim refrigerans, magis calfaciens, & abſtergens.*

℞. Tuthiæ præparatæ, ſarcocoll nutritæ, an. ℨ.j.ß. Antimonii, ℨ.j. Aloes lotæ in aqua roſar. ℈.ii. lapidis hæmatitis ℈.j. aquæ roſ. & fœnic. an. q. ß. Miſce, fiat collyrium de quo impo-

SCD Lyon 1

imponat ſupra oculos ſero & mane.

*In affectibus autem oculorum frigidis & ſuffuſione iam concreta vngula & ſimilibus, in quibus humor craſſus in oculis coit, calfaciens, abſtergens, & potenter ſiccans, & materiam craſſam extenuans vſui eſt: fomento prius parato quod rarefaciendi & abſtergendi viribus polleat.*

℞. Herbarum fœniculi & euphraſiæ, an. p.ii. roſ. rub. p.ß. ſem. fœnugr. diligenter loti cum aqua ciſternæ & fœniculi, an. ʒ.iii. fiat decoctio in aquæ ſufficienti quantitate, quo foueantur oculi tepidè cum ſpongia molli donec imponatur collyrium ſequens.

℞. Vaſorum figulinorum, ſpumæ Maris, ſtercoris lacerti, Boracis, lapidis hæmatitis, an. ʒ. ii. fiat puluis ſubtiliſſimus per ſyndonem & cetaceum ſiue incerniculum cribellatus.

℞. Rad. acori, Chelidoniæ, an. ℥.ii. Conquaſſentur & coquantur in vaſe mundo in ℔.j. aquæ donec ad quartam partem redeat, & in eam aquam immergatur puluis ſupradictus & poſtea ſiccetur in vmbra, poſtea

SCD Lyon 1

ſeratur, & cum dicta aqua iterum incorporetur, hoc fiat quinquies, tandem fiat puluis, & cum aqua Euphraſiæ & fœniculi fiat collyrium, imponatur ſero & mane, vt dictum eſt. Item aqua ſtillatitia fœliciſſimo ſucceſſu à nobis experta à Leonello Fauentino deſcripta maximi eſt vſus in affectibus frigidis oculorum ad clarificandum viſum & ſine morſu manifeſto diſcutiens & exterens catharactas hoc modo.

℞. Zinziberis, Cinnamomi, gariophillorum, nucis moſchatæ, granorum paradiſi, an ℥. ß. florum ſaluiæ, ℔ j. Cardamomi, Cubebarum, galangæ, roriſmarini, Maioranæ, Lauandulæ, Meliſſæ, Betonicæ, an. ℥. ii. infunde omnia in puluerem redacta & bene contrita in vino albo ad ℔. ix. vel in vino diſtillato vaſe vitreo, vt vinum ſupernatet per quinque aut decem dies, fiat diſtillatio ſecundum artem in diplomate quod balneum Mariæ appellant & vſui reſeruetur, qua de aqua intra oculos imponat duas aut tres guttas ſero & mane: Item ad eoſdem vſus efficaciſſima eſt aqua mellis ſtillario opere confecta, cum momento pulueris ſacchari candi. Ouum prçterea induratum & per medium diſſectum, in quo puluis ſacchari candi à ʒ. j. ad ij. reſperſus ſit, oculis tepidè admotum digerit circa declinationem ophthal-



SCD Lyon 1

miæ & in aliis oculorum morbis à materia frigida & craſſa excitatis non mediocriter conferre poteſt. Saccharum Candum immoderatum conſumit humiditates oculorum & cæcitatem inducit: aqua in qua ſaccharum Candum fuerit dilutum multum iuuat.

*Collyrium ſiccum pro affectibus oculorum illachrimantium, vt in fiſtula lachrimali reſiccanda, ſiccans, aſtringens, roborans.*

℞. Roſar. rubr. Coralli rubr. nucleorum dactilorum, an. ʒ ij. gummi Tragacanti torrefacti deinde loti cum aqua roſar. ʒ. j. ſantali Citrini, ℈. ij. Margaritarum. ℈. j. redigantur in puluerem ex quo imponatur tantillulum ſupra oculos & fiſtulam lachrimalem.

*Porro cum affectus oculorum conſiſtit in partibus extimis palpebrarum ex humorum ardore & acrimonia hoc modo vnguentum parari poteſt quod refrigerandi, repellendi, & deſiccandi vim habet.*

℞. ſucci fœniculi, ℥. iii. gummi tragacanthi

SCD Lyon 1

ʒ.ii. Mucaginis ſeminum Cydoniorum, ℥.ß. roſar. rub ʒ.ii. ſantalorum omnium, ʒ.j. Cum pauca cera citra oleum, *nam oculis nocet*, fiat in modum vnguenti, quo inunguntur palpebræ ſero inter dormiendum, & mane abluat cum aqua roſar. continuet donec leuamen ſentiat, longè à cibo.

*Vnguentum in affectibus oculorum externis & palpebrarum à materia frigida, vt in inflatione à vaporibus craßis, calefaciens moderatè & abſtergens.*

♃. Succi herbæ fœniculi] ℥.iiii. ſeminis fœnugræci loti, cum aqua pluuiali *ne nimis calfaciat*, ʒ. i. Aloes ſuccotrinæ aut hepaticæ ʒ.ii. tuthiæ præparatæ, ʒ.j. cum pauca therebintina & cera, fiat in modum vnguenti, de quo inungantur palpebræ ſero inter dormiendum, deinde abluat ſe cum aqua florum fabarum & fœniculi. Continuet donec leuamen ſentiat.

## CAPVT XXX.

## De Naribus.

*Per narium itinera, quædam medicamenta inii-*

SCD Lyon 1

*iniiciuntur, quæ admoueri ſolent in affectibus tum frigidis, tum calidis, non modo, vt ea mala, quæ in hoc loco conſiſtunt ſanare valeant, ſed etiam anteriores cerebri ventriculos expurgent errhinis, id eſt, caputpurgiis rectè accommodatis.*

℞. Hordei torrefacti, *Eo magis ſiccando abſtergit & quadam aduſtione recrementa ad expulſionem irritat, quæ per illas partes & dicta itinera fluere debent,* ℥ ß. ſucci roſar. *potenter trahit & expurgat ſine vlla caliditate perſpicua,* ℥ j. vini malorum granatorum acidorum. *Eluit & emundat, cum frigiditate & ſiccitate, facultatem expultricem ſtimulat,* ℥. iii. Miſce, fiat Errhinum quod intra nares immittat, mane dum à ſomno expergefactus fuerit.

*Errhinum in affectibus frigidis calefaciens, multum abſtergens & attrahens & repurgans recrementa, in anterioribus cerebri ventriculis.*

℞. Nigellæ rom. parum torrefactæ, *potenter reſiccat & abſumit diſtillationis materiam,*

SCD Lyon 1

ʒ.ij.pulueris nucis moſc.ʒ j. ſucci ſiclæ, *nitroſa qualitate expurgat*, ſucci maioranæ, *amarore expurgat & cerebrum corroborat*, ſucci Anagallidis, *multum enim attrahit & reuellit inſita quadam facultate propria*, an.℥.j. aquæ violac.℥.ß. Miſce, fiat caputpurgium de quo immittat intra nares mane à ſomno excitatus dum ſurgit à lecto probe ſe mungendo. *In affectibus autem ſoporiferis, vt caro & lethargo & apoplexia expediet puluerem hellebori in iiſdem fere Errhinis*, ℈.j. vel ʒ.j *addere vel ex eodem ſine vllo liquore intra nares inſufflari. Nam inſigni caliditate & acrimonia ſopitos excitat & pituitam ad expulſionem & diſcutionem paratam reddit. Nonnunquam etiam vtile foret his quos vigiliæ infeſtant, quando aliæ non proficiunt remedia, & in varietatem medicamentorum, tentare licet hunc puluerem ſequentem parare qui refrigerat & ſomnum conciliat.*

℞. Seminum papau. albi & Lactucæ, an. ʒ j. florum violarum & Nympheæ, an.ʒ.j.ß. ſantalorum omnium, ℈.ii. Miſce, fiat puluis qui intra nares inſuffletur hora ſomni, vel etiam interdiu longè à cibo. Item quibus eſt narium fœtor à bile putrefacta & pituita ſalſa & ſummus capitis ardor infeſtat optimum erit globulos conficere qui odore ſuo

ſpiritum

SCD Lyon 1

ſpiritum graueolentum emundent ſimul ac refrigerare valeant.

## Capvt XXXI.

### *Globuli in affectibus capitis refrigerantes & odore iucundi.*

℞. florum violarum, nympheæ & roſarum rubr.an. ℥ j. ſantalorum omnium, ℥.ß. gummi Tragacanthi diſſoluti in aquis roſarum & nympheæ, an.q.ß. Miſceantur ſimul, ex quorum maſſa formentur globuli qui manibus geſtati ſæpius prope nares admoueantur, vt halitum & odorem excipiant.

### *Globuli in affectibus frigidis ad ſpiritum graueolentem emendandum & cerebrum recalfaciendum atque reſiccandum.*

℞. pulu. nucis moſchatæ, ſchænanthos, an. ʒ.iii. flor. ſaluiæ & roriſ. pulueris maior. an.℥.ß. Ligni aloes, ʒ.j.ß. Nigellæ rom. ſtyracis, Calamytæ & Benioini, an.ʒ.j. Ladani puri & gummi tragacanthi diſſoluti in aqua

SCD Lyon 1

Mali aurei q.ſ. Miſceantur ſimul, ex quorum maſſa fiant globuli manibus geſtati, ſæpius prope nares admoueantur odorem & halitum excipiendo.

Cæterùm quia è naribus ſanguinis profluuium immoderatius plerumq; vires conuellit, ſiſtendum eſt, eo loco aptius adhibitis remediis hoc modo.

*Tenta naribus admota refrigerans, aſtringens, & peculiari quadam virtute exterius ſanguinem fluentem cohibens.*

℞. Bol. Armenæ, terræ ſigillat. & ſang. drac. an. ʒ.ii. Aloes ſuccotrinæ vel hepaticæ, ʒ.j. Cum ſucco plantaginis & pannis lineis mollibus & paruis adhibitis pilis leporinis & ſimul mixtis fiant, tentæ quæ naribus imponantur.

*Vnguentum in affectibus narium ex vlcere deſiccans & abſtergens.*

℞. pulu. plumbi vſti & loti, cum aqua ſolani, tuthiæ, Antimonii, an. ʒ.j.ſ. Ceruſæ, ʒ.ij. Lythargirii, ℥.ſ. lapidis calaminaris puluериſati, ℈.iiii. olei de vitellis ouorum, *potenter enim ſiccat & abſtergit*, Olei roſacei, vt



SCD Lyon 1

temperet, an. ℥. ij. Ceræ parum. Miſce, fiat vnguentum quo inungantur nares vlcere obſeſſæ.

## Capvt XXXII.

### *De medicamentis ſthomaticis ſeu oris.*

STHomatica medicamenta & in varia forma & pro diſſimilibus ſanationis ſcopis præſcribi poterunt, inprimis gargarizatus & oris collutiones in affectibus tum calidis, tum frigidis.

*Gargarizatus in affectibus oris calidis, vt in inflammationibus, destillationibus acribus & ſalſis, & huiuſmodi vlceribus, quæ cum defluxione conſiſtunt ex ipſo humore acri & pungente refrigerans, repellens & non nihil abstergens.*

♃ fol. plantag. oleaſtri & herniariæ herbæ, *ſine morſu ſiccat & à nobis ad herniæ ſanationem ſalutari vſu probata, & experta in vlceribus inteſtinorum & pudendorum, addas licet in oris vlceribus & inflammationibus, in lue venerea, reſiccando multũ pollet & non mediocriter abſtergit ſine vllo punctionis ſenſu*, an. m. j. ſum-



SCD Lyon 1

mitatum lentiſci, m. ß. roſ. rubr. p. j. Balauſtior. ℥. j. Baccar. myrthi, ℥. ß. Miſce, fiat decoctio in aqua hordei, *quando magis repellere conueniet in aqua Chalybeata.* De colatura cape ℔. j. In qua diſſolue diamori ſimplicis, ℥. iiii. Si verò aſperitatem ab acri humore relictam lenire neceſſe eſt, addes Syrupi viol. ℥. ii. aut iii. Miſce, fiat gargariſma quo frequenter os colluat.

## *Gargariſma in affectibus oris partim calidis partim frigidis ex materia mixta, repellens & reſoluens in progreſſu, anginæ efficax.*

℞. fol. plantag. ſummitatum lentiſci, an. m. j. flor. Chamæmeli, p. ß. Balauſtior. ℥. j. paſſular. cum gigartis, *vt abſtergant & reprimant,* par. viii. Aluminis, ʒ. ii. *quando nulla eſt inflammatio pro angina increſcente malo vt abſtergant & repellant*, Baccarum Myrti tantundem, fiat decoctio in aqua hordei, de cuius colatura cape ℔. j. In qua diſſolue diamori dulcis, ℥. ii. dianucum, ℥. j. Mellis roſati colati, ℥ ß. Miſce, fiat gargariſma quo frequenter os colluat.



SCD Lyon 1

## CAPVT XXXIII.

IN ore medicamenta, quæ detineri poſſunt, quæ caput calfaciunt, ſiccant, abſumunt, aliquorum ſeries iam à nobis expreſſa eſt, vt in affectibus capitis frigidis, ſiue in forma collutionis & gargariſatus & apophlegmatiſmi & paruorum trochiſcorum. Iam verò quædam ſunt adiicienda, quæ fluxiones nimium calidas è cerebro decumbentes in partes ſubiectas arceant, atque inhibeant refrigerando, aſtringendo & inſpiſſando, vt in Catharro à pituita ſalſa, qui plerumque infeſtare ſolet eos quos vlcus pulmonum tabidos efficit.

### *Formulæ refrigerantes, aſtringentes in Catharro ab humore acri & ſalſo.*

℞. Trochiſc. de Bolo, ℥. ii. teneat in ore interdiu & præſertim noctu vtiles ſunt, & quibus vrget ſanguinis ſputum è pulmonibus: Ad idem valet diacodion in ore detentum lambendo, & aſſumptum ſaccharum roſatum, in teſſellis formatum. Syrup. de papauer. ad ℥. j. ß. Syrup. de ziziphis, ℥. ii. aut iii. Miſceantur ſimul,



SCD Lyon 1

& cum cochleari ſumat de nocte, & inter dormiendum in ore quoad fieri poteſt contineat.

℞. Amyli, pulu. diatragac. frig. an. ℥. ii. *ſi materia non ſit adeo cal. & mixta* *addes* ſpicæ nard. *aſtringit enim & fluxiones cohibet, maſtiches*, an. ℥ j. gummi tragacanthi diſſolutorum in aqua roſar. q. ſ. Miſce, fiant trochiſci & formulæ ſimiles lupinis quas in ore interdiu nonnunquam contineat: præſertim verò noctu inter dormiendum.

## CAPVT XXXIV.

VLcera in ore plerumque contingunt, quæ cum putrida ſunt, altiuſque inſident & mali ſunt moris, in lue venerea, potenter reſiccanda ſunt collutionibus & gargariſatu antea traditis repellentibus & abſtergentibus. Interdum diſſoluere licet quamuis ori ſit ingratũ, ſed ſanationi accommodatum, vnguenti Ægyptiaci, ℥. j. *quod valenter abſtergit & deſiccat in vlceribus malignis & putridis*. Adhæc quando cum vlcere inflammatio eſt & acris fluxio, & abſtergendum & reprimendum, tum aquam aluminoſam à Guidone Cauliaco deſcriptam excipere oportet, cum pauco bombace, & loco vlceri obſeſſo in ore circumponere ſero & mane & interdiu. Inter verò omnia præſidia

SCD Lyon 1

dia ad reſiccanda vlcera illa maligna magni vſus eſſe aquam ſequentem experiri potes.

℞. Aquæ fortis, ℥. ſ. *quia eximia acrimonia pollet, temperanda eſt aqua egelida; vel aliis eiuſmodi aquis in officinis pharmacopœorum paratis*, vt aquæ peculi roſar. & plantaginis, an. ℥.j.ß, vel ij. Miſceantur & cum pauco Bombace in iiſdem aquis intincto, attingantur oris partes vlcere obſeſſæ, cauendo omnino à partibus circumſtantibus ſanis.

## Capvt XXXV.

### *De Dentisfriciis.*

Dentisfricia quæ dentibus admoueri ſolent, vel eorum mala ſanare poſſunt, in varias formas præſcribi ſolent, in affectibus tum calidis, tum frigidis, quorum ſeriem hic breuiter addemus: & inprimis hoc ſcitu dignum eſſe monemus dentibus aduerſiſſima eſſe quæ actu ſunt frigida, ob id ab Hippocra. ſcriptum fuit Aphoriſm. 18. lib. 5. frigidum eſſe inimicum oſſibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medullæ. Hinc videre licet in illis locis in quibus aquæ potabiles nimio algore refrigerant, homines | illius



SCD Lyon 1

gentis dentes habere infirmiſſimos & corruptioni obnoxios. Adhæc dulcia lac & ſimilia, quia facilè putreſcunt & carnem gingiuarum mollem facile immutant, ex loci communione & propinquitate corruptionis labem dentes contrahunt; ac denique omnia quæ fluxionis cauſæ exiſtunt, vt cerebrum ad eos implendos opportunum fiat, vt omnes mulieres, quæ fuco ex ſublimato & eiuſmodi cauſticis vtuntur in facie, quia deſtillationem mouent & ſponte ſua exedunt dentes, non modo nigriores redduntur, ſed & facile carie concidunt & tabeſcunt. Medicamenta autem dentibus accommodata in doloribus vehementiſſimis à bile & pituita ſalſa & ſeroſis recrementis excitatis fluxionis impetum arcere & cohibere debent, verbi gratia, Emplaſtro paruo & rotundo ex maſſa Emplaſtri contra rupturam confecto potius quam ex Maſtiche, tametſi aſtrictione polleat, caliditate tamen nonnihil fluxionem impellere poteſt. Sed in hoc emplaſtro contra rupturam, cum omnia ſint glutinantia ideo fluxionis impetum intercipiunt, & vaſorum extrema oſcula denſant atque cogunt: & quia magna ex parte ingredictia frigida ſunt, humoris caliditatem remittunt & ad fluendum retardant ſupra temporum venas impo-

ſitum

SCD Lyon 1

ſitum efficaciſſimum erit. Item oris collutio & gargariſatus ſequens ad materiam magis impactam & propinquam infrænandam & mitigandam ne dolores inferant acerbiores.

### *Gargarizatus & oris collutio pro doloribus dentium à materia calida excitatis, refrigerans, ſedans dolorem, refrænans & mitigans dolorem.*

℞. fol. hioſciami & plantag. an. m. ß. florum violarum & roſarum rubear. an. p. j. Capitum papau. ℥. j. flor. ſaluiæ, *quia ſiccant, eluunt & corrigunt frigiditatem ſtupefacientem*, *addes* ad ʒ. vi. fiat decoctio in aqua pluuiæ addendo aceti, ℥ iiii. *refrigerat & repellit propter humorem calidum & acrem & vehiculum eſt aliorum medicamentorum*, de colatura cape ℔. j. ex qua fiat oris collutio frequenter. In doloribus autem dentium qui non ita excruciant à materia frigida, ad prohibendam fluxionem ex vſu erit ſupra venas temporum paruum emplaſtrum rotundum ex maſtiche diſſolutum, cum oleo nardino, & decoctionẽ parare ex ſaluiæ m. j. decocto, cum vino ſtiptico atque diligenter colluere


SCD Lyon 1

calidè, aut eadem folia ſaluiæ ex vino imbuta calide ſupra dentes apponere, & capite demiſſo ſal decoctum iuæ guttatim effundere in dentes, nam doloris cauſam detrahit.

*Gargarizatus & oris collutio in doloribus dentium à materia frigida, calefaciens & abſtergens, extenuanſque craſſos humores.*

℞, Rad. peucedani, fœnic. & calami Arom. an. ℥.j. ſaluiæ, m.j. fiat decoctio, in media parte aquæ & vini. De cuius colatura cape ℔.j. in qua diſſolue & oximelitis ſcillitici, ℥.iiii. Miſce, fiat oris collutio ſæpius in ore lauando dentes tepidè. Cæterùm in dente carie exeſo quando dolores mouet & fluxiones irritat eo tempore magni vſus erit vt in perforato dente præſertim quando deſtillatio acris eſt Caphuræ portiunculam per aliquot horas detinere, mirabiliter enim dolores ſedat.

*Dentisfricium quando facilè dentes è fluxione laxi ſunt, & facile à ſuis alueolis permouentur & gingiuarum caro laxa eſt, è putredine tabeſcit, ſiccans, abſtergens nonnihil*

SCD Lyon 1

*hil & adſtringens ex frigidis & aliquot medicamentis calidis conſtans.*

℞. Oſſis ſepiæ, pumicis, Coralli vtriuſque, an ʒ.ij. lapidis Marmoris, *& dealbat & firmat dentes*, ʒ.j.ß. ſantalorum omnium ʒ.j. ſchenantos, ℈.ij. Aluminis, *multum enim aſtringit & eluit*, ℈.j. Miſce, fiat puluis ſecundum artem quo dentium radices & gingiuarum infricet.

## CAPVT XXXVI.

IN affectibus oris externis quando angina infeſtat vel circa fauces, vel in muſculis laringis, ſemper ad exteriora trahere magnopere conducit, eam igitur ob cauſam illitum parare ex hiſce olei conueniet.

*Illitus in collo admouendus, relaxans, reſoluens & ſedans dolorem.*

℞. Olei Chamæmelini, olei de lilio & amygda. dulcium, an. ℥.ii. Miſce, illiniatur calide inuoluendo poſtea panno calido.

SCD Lyon 1

## CAPVT XXXVII.

### *De thoracis affectibus.*

IN affectibus thoracis & pulmonum vel ex aſſumptis, vel per admota remedia, ea ſunt neceſſaria, quæ vel materiam morbi ſiue calidam, ſiue frigidam ſenſim euacuant, quæ in parte propinqua adhibentur. Nullo modo aſtringentia ſint niſi ſanguinis ſputum vrgeat, nam talia ſputi deductionem prohibent & reſpirationem raram & denſam efficiunt pectuſque coarctant, vt libere moueri non poſſit. Vitanda inſuper acida, acria, quæ pungunt & vellicant pulmonum ſubſtantiam raram & mollem, nec non talia quę multum ſunt acria, calida, ſicca, nec non tenuium partium, veluti quę vrinas maximè proliciunt, quæ infeſta & noxia eſſe pulmonum malis affirmauit Galenus, quia quod eſt tenue diſſoluunt & digerunt, quod vero craſſum lapidis modo indurant & cogunt, & in tophi naturam conuertunt. Hæcque inprimis pectori & pulmonibus ſunt, quæ ſimul dulcedine valent & leniunt amarore ab infarctu à materia lenta & viſcida pulmonũ, bronchia expediunt & liberant, quanquam nonnunquã indicatione ſolum ſumpta à materia non à partis conditione & natura quædam miſceamus acria quæ incidendi & te-

nuandi

SCD Lyon 1

nuandi vi eximia lentam & viſcidam pituitam ad excretionem promptè moueant.

*Potio roborans in affectibus thoracis & pulmonum calidis refrigerando leniens.*

℞.Syrupi viol. Syr. Cap. ven. an. ℥.j. pul. diamarg. frig. ℈.ii. aquar. End. viol. vel Borrag. *temperata vtriſque affectibus & calidis & frigidis confert,* an. q. ß. miſce, fiat potio quam ſumat mane vel ſero nullo præcedente, vel ſequente cibo aut potu per tres horas. Interim tamẽ animaduerſione dignum eſt, quod quando fluxio, quæ in pulmones illabitur eſt multum acris & tenuis, Syrupis de pap. & de ziziphis loco aliorum addere expediet & & pro aqua Endiuiæ aquam Lactucæ.

*Potio roborans, calfaciens, & abſtergens, & ſputi eductionem promouens, vt in aſtmate.*

℞. Syr. de hyſſopo, Syr. de glycirr. *humorem craſſum & lentum extenuat,* an. ℥.ii. pulu. diaireos ſimplicis, ℈. iiii. aquæ Capill. ven. Borrag. aut tuſſilag. an. q. ß. miſce, fiat potio quam ſumat, mane aut ſero nullo præcedente aut ſequente cibo per tres horas.

SCD Lyon 1

*Conditum in affectibus thoracis & pulmonum calidis, refrigerans, leniens & nonnihil corroborans.*

℞. Conſ. flor. viol. & flor. Borrag. & Cappil. ven. an. ℥. ß. pul. diatragacanti frigid. ʒ. j. pul. diamargarit. frig. *refrigerando roborat*, ℈. ii. ſacchari Candi, ℥. ii. Miſce, fiat conditum auro coopertum de quo capiat per ſe, vel diſſoluendo in iuſculis, vel cum aqua bullita tempore ſitis extra ſuos paſtus.

*Conditum in affectibus pulmonum & thoracis frigidis calfaciens, abſtergens & ſputi eductionem promouens, nonnihil corroborans.*

℞. Conſer. flor. roriſmarin. Buglоſſ. & Capill. ven. an. ℥. ß. rad. enulæ camp. conditæ cum ſaccharo, ʒ. iii. pulueris diaireos ſimplicis, ʒ. j. ſacchari Caddi, ℥. ii. Miſce, fiat conditum auro coopertum de quo capiat per ſe vel diſſoluendo in iuſculis vel cum aqua bullita extra ſuos paſtus longè à cibo.

In hiſce autem affectibus pulmonum & thoracis poſt vniuerſales purgationes non-nun-

SCD Lyon 1

nunquam licet quando aluus nimis eſt dura, Clyſteribus emollientibus & lenientibus per interualla eam irritare & mouere, & ſubinde aliquot medicamentis per os aſſumptis clementioribus euacuare ſemel in hebdomade vel ter in menſe. Cauendum eſt à vehementibus purgantibus, nam alui fluxus in thoracis malis periculoſus exiſtit. In affectibus igitur thoracis & pulmonum calidis ad bilem detrahendam ex vſu erit bolum Caſſiæ dare cum tantillo ſacchari per horam ante cibum ad ℥. j. vel ʒ. x. adde Mannam eſſe accommodatiſſimam ad ℥. j. ß. in iuſculo pulli exhibere per horam ante cibum. Cæterùm omnia fugienda ſunt capotia ſiue vehementia ſiue mediocria ſint ſiue imbecilliora, quia plus æquo deſiccant & præſertim in illis ipſis qui vlcere pulmonum laborant, vt inde corpus in dies contabeſcat, marceſcatue, cum omnia catapotia pro baſi Aloen recipiant, & eadem vi deſiccandi eximia ſint prædita. Idcirco Gal. lib. 4. de ſanitate tuenda aloës vſum ſenibus interdicit: ſed tamen in affectibus frigidis, vt in aſthmate magni vſus eſſe poterunt.

℞. Maſſ. pillul. aſſaiar. ʒ. j. ß. Agaric. recenter troch. ac præpar. ℈. ij. *quando in a-*

SCD Lyon 1

*ſtate ſumere conuenit ad temperandam caliditatem reliquorum & quandam bilis portionem ſubducendam, addes pulpæ tamarindorum maceratæ in aqua violarum per tres horas vt leniendo valeat*, ʒ. ß. Cum melle roſato colato formentur pill. vi. pro drachma, ſumat tres, vel ſi magis aluum irritare ſit neceſſe, pillulas quinque capiat poſt Cœnam leuem in introitu lecti vel poſt mediam noctem ſemel in hebdomade aut ter in menſe cum probo regimine vitæ. Delingenda in affectibus thoracis & pulmonum aſſumuntur, medicamenta vel in forma Syruporum qui ſenſim in aſperiam arteriam decidant, vel in forma elegmatis, quę alioqui in craſſa ſubſtantia parari non debent, vt plerumque fit, ſed paulo liquidiore, vt commodius ad anguſtam aſperæ arteriæ viam & pulmonum illabi poſſint.

*Syrupi pro delinctu in affectibus calidis pulmonum refrigerantes leniendo & incraſſando.*

℞. Syrup. viol. Syrup. Cap. ven. *leniendo præſtant*, an. ℥. ii. Syrup. de ziziphis. Syrup. de papauer. *vt in principio pleuritidis & in diſtil-*

SCD Lyon 1

*diſtillatione ſalſa & acri irruente in pulmones circa initia, quando vehementius affligit, vt inde de exeſione & exulceratione pulmonum periculum immineat incraſſando præſtant tantummodo, ad* ℥.ii. Miſce, fiat del nctus de quo ſæpius ſumat paulatim lambendo & delingendo.

## *Delinctus in affectibus thoracis & pulmonum frigidis, calefaciens, tenuans, diſſecans, & pituitam per ſputum euacuans.*

℞. Syrup. de glycirr. *tenuando multum valet non alioqui inſignis caliditatis gradus exuperat,* Syrup. cap. ven. *temperata caliditate extenuat,* an. ℥. ii. *Quæ vehementiori facultate pollent ſerapia miſcenda erunt ad valenter diſſecandum & extenuandum humorem craſſum & lentum & ſputo repurgandum Syrup. de hyſſopo, vel de praſſio, vel oxymel ſcilliticum ex duobus tantum,* ad ℥. iii. Miſce fiat delinctus, de quo ſumat ſæpius lambendo longè à cibo.

SCD Lyon 1

*Elegma, id eſt, looch Arabum in affectibus pulmonum frigidis calefaciens, tenuans, deſiccans, & abſtergens.*

℞. pulu. diatragacanthi frigid. ℥. ß. pul. diaireos ſimp. *quia caliditate pollet minori modo adhibetur, ſputi eductionem iuuat, ideo prætermittendum non erit*, ʒ. ii aut iii. pulpæ paſſular. bene pinguium & dulcium. ʒ. vi. ſem. Maluæ & Bombac. an. ʒ. j. Syr. viol. & de ziziphis, *ſi incraſſare concilium ſit initio fluxionum & principio pleuritidis, ſin minus* Syrup. Capil. ven. q. ß. Miſce, fiat Elegma ſatis liquidum de quo ſumat cum baculo glycirriſæ ſæpius delingendo longè à cibo.

*Elegma pro affectibus thoracis & pulmonum frigidis calefaciens, extenuans, & deſiccans & ſputi eductionem promouens.*

℞. pul. Electuar. diaireos ſimpl. & rad. Enulæ Camp. cum ſacchato conditæ, an. ℥. ß. *ſi quædam caliditas mixta eſſet & propter ſiccitatem nimiam exaſperatæ eſſent viæ, nõ alienũ foret puluerem diatraganthi frig. addere* ad ʒ. iii.

peni-

SCD Lyon 1

penidiar. recentium, ℥ vj. ſeminis maluæ & Bombacis, *citra vllum caliditatis exceſſum nunquam ſunt prætermittenda*, an ℥.j. Syr. de glycirr. & Capp. ven. *ad maiorem purgationem per ſputum & cum Syr de hyſſopo ad violentius deſiccandum, quidam addunt farinam Orobi, imo audaces ſunt*, rad. *Brioniæ & iarri commiſcere*. à ℥.j ad ℥.ii. *ſed vehementiora ſunt & tuſſes irritant non poſtea ſanabiles pungendo & mordendo membranam, aſperam arteriam & pulmonum ſubſtantiam lenem*. Miſce, fiat Electma ſatis liquidum, quo vtatur ſæpius lingendo longè à cibo, cum baculo glycirrizæ.

### *Electuarium ſolidum in affectibus thoracis & pulmonum calidis refrigerans, incraſſans & leniens.*

℞. Electuar. diatrag. frig. recenter diſpenſati. ℥.iii. *quando pertimeſcis ſanguinis ſputum, vel etiam præſens adeſt, ſine caphura parari iubeas, teneat ſæpius in ore.*

℞. Electuar. diaireos ſimpl. ℥.iii. teneat in ore.

## CAPVT XXXVIII.

IN malis pulmonum, quando ex vlcere & empiemate vniuerſim contabeſcit



SCD Lyon 1

corpus, ea danda erunt medicamenta, quæ leniendo nutriant, tametſi id quibuſdam abſurdum videtur, & Auicennæ ſententiam imitantur, medicamenta cum cibis miſcenda non eſſe, quod veritati conſonum eſt ſi intelligas ea medicamenta quæ multum noſtram naturam immutant, & purgando præſertim valent. Sed in medicamentis clementioribus, quæ velut alimenti retinent naturam imprimis accommodata & ſalutaria eſſe poterunt tabidis & maraſmo conſumptis.

*Magdalæon vel paſta regalis affectibus pulmonum calidis, leniens, humectans, refrigerans, & reficiens cum moderata frigiditate & temperata caliditate.*

℞. Amygdalarum dulcium mundatarum lotarum cum aqua roſarum, *eo ſcopo, quia ſua aſtrictione inflammationem amygdalarum prohibet.* ℥ iii. penidiarum recentium ℥.j. pulpæ paſſul. pinguium & dulcium, an. ℥.j. pul. glycirr. ℥.ß. pulu. diam. frig. ʒ.ii. ſacchari diſſoluti, in aquis viol. q. ſ. & fiat in modum paſtæ regalis vel magdaleonis, vt in marcio pane quo vtatur vt viſum fuerit.

*Paſta*

SCD Lyon 1

### *Paſta regalis in affectibus thoracis & pulmonum frigidis moderatè calfaciens, leniens, abſtergens, & ſputi eductionem promouens.*

℞. pinearum mundatarum, *ſi pertimeſcas caliditatem, quando lenior ſubeſt mixta in illis affectibus* lotarum cum aqua violarum & cap. ven. amygdalarum dulcium, eo modo præparatarum, an.℥.ii. diaireos ſimpl.℥.ß. pulmon. vulpis præparati, ʒ.ii. penidiar. recent. ʒ. vj. ſacchari candi diſſoluti in aqua tuſſilaginis, & cap. ven. an.q.ß. Miſce, fiat in modum paſtæ regalis, qua vtatur vt libuerit, vel hoc modo præparata maſſa & veluti placenta quædam ex carne & pulpa paſſularum, quæ magni eſt vſus in tabidis & affectibus thoracis ad nutriendum, abſtergendum & concoquendum hoc modo.

℞. pulpæ paſſularum, bene pinguium & dulcium extractæ, cum aqua Cap. ven. & percolatæ in ſetaceo, ℔.ß.vel j. ſacchari candi, ℥ iiii. ſacchari albiſſ. quart.j. diſſolutorum ad formam & modum Cydoniaci, fiat placenta qua vtatur omni hora ad libitum.



SCD Lyon 1

## CAPVT XXXIX.

EXterius autem linimenta ſiue illitus & vnguenta pręſcribere conſueuerunt. Medici in affectibus pulmonum calidis & frigidis quæ leniendo ſemper valeant, aſtrictionis verò nullam qualitatem in ſe retineant, ne difficilem & denſam reddant reſpirationem muſculos contrahendo.

*Illitus refrigerando leniens in affectibus thoracis calidis.*

♃. Olei violacei, olei nympheæ, an. ℥. iii. Miſce, illiniatur pectoris regio tepidè, raro actu frigidè in æſtate, & quando illa pars inſigni ardore exæſtuat, vt in febribus ardentibus.

*Illitus in affectibus thoracis & pulmonum frigidis, calefaciens, leniens & relaxans.*

♃. Olei Amygdal. dulc. olei de lilio, olei Chamæmel. vel Irini, an. ℥. ii. Miſce, fiat vnctio in regione pectoris calidè vel tepidè, ſero & mane longè à cibo.

CA-

SCD Lyon 1

## CAPVT XL.

*Vnguentum in affectibus thoracis & pulmonum calidis, vt in febribus ardentibus, refrigerando leniens & humectans ex ariditate contractos muſculos.*

♃. Olei viol. Nymph. an. ℥. ii. Muccaginis, ſeminis pſillii extractæ cũ aqua violarum, ℥. j. ß. Mucaginis ſeminis altheæ ℥. ß. Ceræ albę q. ß. Miſce, fiat vnguentum, quo inungatur regio pectoris tepidè, in æſtate tantùm frigidè in ſummo ardore.

*Vnguentum in affectibus thoracis & pulmonum frigidis, calfaciens, relaxans & diſcutiens.*

♃. Olei Amygd. dulc. olei Chamæmel. & & de lilio, an. ℥. ii. Butiri recentis vel diligenter loti in aqua viol. ℥. j. Muccaginis ſeminis lini & altheæ, an. ʒ. vj. Axungiæ gallinæ recentis, ℥. ß. Croci, ℈. j. vel ʒ. j. ſi magis calfacere & coquere volueris, Ceræ citrinæ, q. ß. Miſce, fiat vnguentum, quo inungatur regio pectoris tepidè vel calidè, ſero & mane longè à cibo.



SCD Lyon 1

## CAPVT XLI.

CAeterùm in pleuritide ſi tibi adhuc ſuſpecta eſt vtrum vera ſit, vel illegitima à flatibus excitata quando ſtatim ægro ſuccurrēdum fuerit, remedium promptum non tam ad ſanationem quam explorandum opportunum, ab Hippocrate de ratione victus in acutis probatum atque commendatum, citra enim morſum ſiccat & abſumit flatus, & perexiguam aqueæ pituitæ materiam influxam, quæ lateris dolores mouet; interim tamen ſi vera ſit pleuritis ex ſanguine bilioſo plerumque ſuborta, non tantum diſcutere valet quantum vberiorem ſanguinis materiam loco dolenti impellere, ob id doloris tormento pungente ad veræ pleuritidis dignotionem explorandam non mediocriter confert hoc modo.

℞. Milii torrefacti, *eò magis ſiccat* partes duas, ſalis præparati partem vnam, *quod alioqui non adiecit Hippoc. ſed poſteriorem medicorum eſt, ſiccando multum abſumit.* Miſceantur ſimul & includantur calide in ſacculis ex panno lineo raro confectis, qui non refrigerati, ſed calentes lateri dolenti admoueantur; peracta venæ ſectione hoc modo, fiat fotus.

℞. florum Chamæmeli & Meliloti, *ad tenſionem relaxandam nonnunquam addere poteris*

SCD Lyon 1

*poteris althea cum radicibus, & branca vrſina quidam permiſcuerunt*, an. p.j. ſeminum lini & fœnugræci, an ℥.ß. Miſce, fiat decoctio qua foueatur latus dolens cum filtro calide, mane & ſero longè à cibo, deinde vngatur oleis ſequentibus.

℞. Olei Chamæmel. de lilio & amygdal. dulc. an ℥.ij. Miſce, fiat vt dictum eſt, vel ſic.

℞. Vnguenti reſumptiui, ℥.ii. olei Amygdal. dulc. ʒ.ii. Miſce, inungatur latus dolens & regio pectoris tepidè vel calidè, mane & ſero longè à cibo.

## CAPVT XLII.

### *De Corde.*

CORdis mala varia ſunt, & plurima, ſed hæc præcipua, vt febris, quæ quamuis totius corporis morbus eſſe dicatur; inprimis ſedem in corde occupat, Nam febris eſſe non poteſt niſi cor incaleſcat; ex quorum genere itidem morbi cenſentur cordis tremor, palpitatio, mœror, mœſtitia, & quæ eiuſdem ſunt propria pathemata, exolutiones, animi deliquia, ſyncope, in quibus ſanandis adhibenda ſunt remedia propria & determinata cordi, quorum ſeries fuit à nobis tradita in Apozemate pro affectibus cordis, in ſumma omnia medicamenta



SCD Lyon 1

quæ exolutiones tollunt. ſpirituum ſymmetriam in quantitate & qualitate ſeruant, & humores prauos ſenſim educunt in vſu medicamentorum καρδιακῶν veniunt; vitanda autem omnia, quæ vehementer purgant, quæ ſunt de genere eorum, quæ veneni pernicie nos enecant, venenum enim vitæ inſidiatur, & cum facultas vitalis in corde inſideat, venena, & quæ veneni ſeminarium in ſe continent, vel toto genere, vel qualitate excedente cordi aduerſiſſima eſſe ſolent. Itaque præſcribenda erunt medicamenta corroborantia in affectibus tum calidis, tum frigidis, quæ non modo peculiari dote cordi auxilium adferant, ſed etiam aduerſa qualitate morbo plane obſiſtant. Inter autem purgantia nulla hoc loco mihi aſcribenda erunt vſualia, niſi quæ antea in affectibus aliarum partium & calidis & frigidis ad humores noxios clementer euacuandos idonea viſa ſunt.

*Potio in affectibus cordis calidis, vt in febribus malignis, peſtilentibus, alieno calore diuexantibus refrigerans, putredinem & peſtilentem labem, coercens.*

℞. Syrup. de limonibus, de acetoſitate

Citri

SCD Lyon 1

Citri, vel Syrup. de ſucco acetoſæ, an. ℥.j. pul. diamarg. frig. ʒ j. aquæ acetoſæ & violar. an. q.ß. Miſce, fiat potio quam ſumat mane aut ſero, nullo præcedente vel ſequente cibo aut potu per tres horas.

*Potio in affectibus cordis frigidis, magnis exolutionibus, vt ab immoderatis euacuationibus dum calor naturalis ad extinctionem properat, calfaciens, roborans & ſpirituum ſubſtantiam inſtaurans, & malignos vapores nonnihil expurgans.*

℞. Syrup. de pomis bene olentibus Syr. de Bugloſſo, an. ℥ j. Confect. Alkerm. *modo bene ſit præparata nec de alui fluxu ſit metuendum, aut qui iam præſens adſit, alioqui confectionis de hyacintho illius loco ponenda eſſet*, ʒ.j. *Et quando veneni ſeminarium vel ex interna vel externa cauſa intus deliteſcit frigiditatis pathemata inducens, addes pulueris Bezoardici*, ℈.j. aquarum ſcabioſæ, *vt in carbunculo præſertim eſſet accommodata.* Et Meliſſæ, & Borrag. an. q.ß. Miſce, fiat potio quam ſumat mane aut ſero, nullo præcedente aut ſequente cibo vel potu per tres horas.

SCD Lyon 1

*Conditum in affectibus cordis vti febribus æſtuantibus, refrigerans & corroborans.*

℞. Conſ.roſ.conſ.flor.Cichorii & viol.vel Nymph. *in maligna putredine & peſtilente,* conſ.acetoſę, an.℥.ß.pulu.diamarg.frig.triaſantali, an.℈ ii.pulpæ granorum Berberis, *ad gratiam ſaporis conciliandam, refrigerandam & arcendam putredinem*, ʒ.ij. ſacchari, q.ß. Miſce, fiat conditum auro coopertum, de quo capiat per ſe cum cochleari, vel diſſoluendo in iuſculis, vel cum aqua bullita tempore ſitis extra ſuos paſtus.

*Conditum pro affectibus frigidis, calfaciens, abſtergens, mediocriter aperiens obſtructiones, interdum nonnihil aſtringens ſi vſus expoſtulet.*

℞. Conſ.cap.ven.conſ.flor.& rad.Bugloſ. Cortic. citri cum ſaccharo conditi, *quando ventriculus male habet ex frigiditate, & cor illi conſentit, vel alui fluxus ſuperuenit,* an.℥.ß. pul.diarrhod.abb.ʒ j.pulu.Electuar.de gemmis ℈.ii.ſacchari, q.ß. Miſce, fiat conditum auro coopertum, de quo capiat per ſe cum cochleari, vel diſſoluendo in iuſculis, vel cum aqua cocta tempore ſitis extra ſuos paſtus.

Ele-

SCD Lyon 1

*Electuarium molle pro affectibus cordis calidis, refrigerans, omnem venenatam qualitatem propulſans, corroborans.*

℞ Conſ.roſ.acetoſ.& viol.an.℥.j.pul.diamarg.frig.& triaſantali,an.ʒ.j.raſuræ Eboris ℈.ij.cum Syrupo de acetoſitate citri, & de ſucco acetoſæ.an.q.ß. Miſce, fiat in modum opiatæ, de qua ſumat ad quantitatem nucis comeſtibilis, de mane tribus horis ante cibum, alternis diebus ſuperbibendo parum de aquis ſequentibus.

℞.Aquar.acetoſæ. Nymph.& viol.an.℥.ij.aquæ Borrag.℥.j.aromatizentur, cum ʒ.j. pulueris ſantali citrini. Miſce, fiat vt dictum eſt.

*Electuarium molle in affectibus cordis frigidis, vt in melancholia, tremore & palpitatione cordis, & immodica aliqua euacuatione, quæ ceu quandam caloris extinctionem, efficit, calfaciens, ſpirituum ſubſtantiam augens & roborans.*

Opiata.

℞. Conſeru.flor.& rad.Bugloſſ.& conſ.

SCD Lyon 1

flor. roriſmar. & Capil. ven. an. ℥. ß. Confect. Alkerm. *ſi pertimeſcas alui fluxum loco illius confect.* de hyacintho, ʒ. ii. pulu. diamb. ʒ j ß. ſyrupi Myrabol. conditor. & de pomis bene olentibus, vel conſeruationis Corticis citri, an. q. ß. Miſce, fiat in modum opiatæ, de qua capiat ad quantitatem nucis comeſtibilis, mane tribus horis ante cibum alternis diebus ſuperbibendo parum de aquis ſequentibus.

℞. Aquarum Borrag. & flor. Mali aurei, Meliſſæ, an. ℥ ii. Aquæ Capill. ven. ℥. j. Aromatizetur cum pulu. Cinnam. electi, ℈. ii. aut ʒ. j. Miſce, fiat, vt dictum eſt.

## CAPVT XLIII.

ELectuaria autem mollia quæ antidoti vicem explent ad omnem veneni perniciem fugiendam nullum accommodatius ex iiſce inuenias (præter quam theriacæ, aut mithridatis) antidotum omnibus exitialibus venenis præſens remedium à ʒ. j. vel ℈. iiii. exhibitum, vel cum vino in frigidis venenis, in calidis cum aqua Borraginis & acetoſæ, mane aut ſero quatuor horis ante cibum.

*Electua-*

SCD Lyon 1

*Electuarium molle in peſtilenti lue & aëre contagio affecto propulſando non modo alexiterium eſſe poteſt, ſed & frigiditate temperata caliditatem remittit & caliditate temperata frigiditatem cohibens.*

℞. Rad.torment.in puluer. redactæ, ℥.ß. pulu.rad.Enulæ Camp. ʒ.ii. terræ ſigillatæ, electæ & boli armenæ lotæ cum aqua roſar. an. ʒ.j.ß. coralli rubri loti cum aqua roſar. & Nympheæ, ʒ.j. pulueris Zedoariæ *omnem aërem peſtilentem expellit.* ʒ.ß. Conſ.flor. Cichorii & acetoſæ, an.℥.j.Syrup. de acetoſitate citri vel de limonibus,q.ß. Miſce, fiat in modum opiatæ, de qua ſumat ad quantitatem nucis comeſtibilis ſuperbibendo parum vini diluti, cum aqua Borraginis & acetoſæ, mane tribus aut quatuor horis ante cibum.

## CAPVT XLIV.

IN exolutis & quibus vires ſunt conuulſæ, non modo ex morbi diuturnitate, ſed ex vehementia & κακοχυμία quando aliis præſidiis vtendis locus non exhibetur ad inſtaurandas vires & velut ex orco reuocan-

SCD Lyon 1

dam auram vitalem inſtaurantes liquores qui ſtillatitio opere perficiuntur parandi erunt, in affectibus tum calidis, tum frigidis, tenuitate ſiquidem eſſentiæ pollent, vt etiam minimo modo exhibiti promptè quaquauerſum in omnes corporis partes permeare valeant, atque ſpirituum ſubſtantiam reficiunt, atque recreant.

*Inſtaurans liquor in affectibus calidis, vt in febribus ardentibus & malignis, in ſumma virium exolutione, moderatè refrigerans, ſpirituum ſubſtantiam augens cardiaca facultate.*

℞ Conſ. roſ. conſ. flor. Cichorii Nympheę & acetoſæ, an. ℥ ij. conſ. flor. & rad. Bugloſſ. *nunquam prætermittenda propter Cardiacam facultatem temperatam*, an. ℥ j. ß. Confect. Alkerm. *Etſi calliditate polleat prætermitenda non erit ad ſpiritus diſſolutos reficiendos, quia mortuorum eſt vita, id eſt, in iis quibus mors eſt in propinquo, auram vitalem prompte excitat, in hiſce tamen affectib. calidis minor modus adhibendus erit quam in frigidis*, ℈. iiii. pulu. triaſantali, pulu. diarrhod. abb. an ʒ. ii. pulu. diamargar. frig. ʒ. j. ß. aquar. acetoſæ, viol.

nym-

SCD Lyon 1

nympheæ, Borrag.an.℥.iii.iuſculi capi recentis, & non antiqui & ſine pinguedine, q.ß. Miſce, fiat ſublimatio ſecundùm artem in diplomate, id eſt, Balneo Mariæ, de qua ponantur parua tria cochlearia ſingulis vicibus quando propinabunt iuſcula conſueta, vel per ſe interdum exhibeatur cochlear vnum.

*Inſtaurans liquor in affectibus frigidis in ſumma exolutione, ex aliqua immoderata euacuatione, recalfaciens, & ſpirituum ſubſtantiam augens.*

℞. Conſeru.flor. roriſmar. conſ. flor. & rad. Bugloſſi, cortic. citri cum ſaccharo conditi, an.℥.ij. Confect. Alkerm. & ex hyacyntho, an.ʒ.j ß.pulu.diambræ, ʒ j. pulu. diarrhod.abb. diamargar.frigid. an.ʒ.j. *vt temperet reliqua calidiora*, aquæ Borragin. cap. ven. & flor.mali aurei, an.℥.iii. aquæ Meliſſæ, ℥.ij. iuſculi capi mediæ ætatis, vel antiqui ſine pinguedine, q.ß.fiat ſublimatio ſecundùm artem in diplomate ſumat, vt antea dictum eſt.

SCD Lyon 1

## CAPVT XLV.

### *Electuarium ſolidum in affectibus cordis calidis refrigerans, & roborans.*

℞. pulu. diamargar. frigid. pulu electuar. Triaſantali, diarrhod. abb. an. ℥ j. *addi poſſunt conſeruæ ex quorundam præſcriptis, ſed minus commodè miſcentur. Si igitur ex illorum imitatione medicinæ faciendæ rationem ſequi volueris, addes cum eis pulueribus* conſeru. roſarum, conſeru. acetoſæ, an. ℥ iii. *Si lenire volueris,* conſer. viol. *ad abſtergendum & refrigerandum*, flor. Cichorii ſingul. tantundem, ſacchari diſſoluti in aquis acetoſæ & Borraginis, an. q. ſ. Miſce, fiat Electuarium in tabulis ponderantibus, ℥. iii. Capiat tabellam j. Mane tribus aut quatuor horis ante cibum alternis diebus, ſuperbibendo parum aquar. viol. & Cichorii.

### *Electuarium in affectibus cordis frigidis calfaciens & corroborans.*

℞. pulu. diambræ & diamoſchi dulc. an. ℥. j. ß. pul. Aromatici roſ. *non modo ventriculo, ſed etiam cordi auxilium adfert, aromate ſpirituum*

SCD Lyon 1

*ſpirituum ſubſtantiam augens,* ſacchari diſſoluti in aquis meliſſæ & Borraginis, an. q. ß. Miſce, fiat Electuarium in tabulis ponderantibus, ʒ. iii. ſumat tabellam vnam mane tribus aut quatuor horis ante cibum alternis diebus ſuperbibendo parum vini diluti cum aqua Borraginis.

## CAPVT XLVI.

EXterius autem admoueantur in ſterno circa regionem & ſitum cordis in affectibus tum calidis, tum ſiccis, in ſacculorum forma & epithematum irrigatione, quæ quidem omnia medicamenta ex toto aſtringentia eſſe non debent, ne pectus & pulmones coarctent, vt reſpiratio inde oblædatur.

### *Sacculus in affectibus calidis cordis refrigerans, ſpirituum ſubſtantiam augens.*

℞. Roſ. rub. flor. viol. & Nympheæ, an. ℥. ſ. ſantal. omnium. ʒ ii. coralli rubri, ʒ. j. ß. redigantur in pul. in ſyndone rubro, fiat ſacculus interpunctus ad formam pyramidis, qui ſupra cordis regionem imponatur irroratus cum aqua flor. viol. & roſ.



SCD Lyon 1

### *Sacculus in affectibus cordis frigidis, calfaciens & ſubſtantiam ſpirituum augens & recreans.*

℞. flor. roriſmarin. & Borrag an. ℥. j. doronici & calami aromatici, an. ℥. ß rad. Been vtriuſque, an. ʒ. ii. pulu. granor. Alkerm. ʒ. j. croci, ℈. j. Miſce, fiat puluis irroratus cum aqua flor. mali aurei, Borrag. & Meliſſæ, cum ſyndone rubro: fiat ſacculus interpunctus ad formam pyramidis qui imponatur circa cordis ſitum.

### *Epithema pro affectibus cordis refrigerans, omnem malam putredinem, coercens, alienum calorem mitigans.*

℞. Aqu. viol. roſ. acetoſæ, an. ℔. ß. aquæ nymph. & Borrag. an. ℥. ii. pulu. roſ. rubr. ʒ. iii. pulu. diamarg. frig. ʒ. j. aceti vini albi, ℥. j. ſ. Croci ℈. i. *vt ſit vehiculum & ad conſeruandam naturalem partis temperiem.* Miſceantur ſimul & cum panno cremeſino intingatur pro Epithemate, mane

&

SCD Lyon 1

& ſero longè à cibo imponatur ſupra cordis regionem.

*Epithema pro affectibus cordis frigidis, vt in maligna exolutione recalfaciens & ſpirituum ſubſtantiam augens & corroborans.*

℞. Aquæ flor. mali aurei, Borrag. & Meliſſ. an. ℥.iiii. confect. Alkerm. & diambræ, an. ℈ ii. pul. de gemmis, ʒ.i. vini maluatici, ℥.i. *& penetrat & ſpirituum ſubſtantiam reſtaurat,* Croci ʒ. ß. Miſceantur ſimul & fiat Epithema pro cordis regione de quo pannus cremeſinus vocatus ſcarlata intingatur, qui regioni cordis admoueatur mane & ſero.

## CAPVT XLVII.

### *De Cancro.*

CAncer non modo palpebris oculorum, labiis oris, pudendis, ſed etiam mammis plerumque contingere ſolet, quẽ vnguento multum reſiccante ſanari vel ſaltem interdum miteſcere poteſt, ex multum deſiccantibus & quibuſdam metallicis bene præparatis.



SCD Lyon 1

*Vnguentum in carcinomate multum reſiccans in mammis.*

℞. Succi ſolani, plantag. depuratorum, an.℥.iii.pulu.herniariæ herbæ,℥.ß.pulu. herbæ roberti,ʒ.ij.tuthiæ,antimonii, Lythargirii vtriuſque, plumbi vſti in puluerem redactorum & cum aqua ſolani diſſolutorum,an. ʒ.iii. ceruſæ,ʒ.vi.ceræ q.ß. addendo olei roſ. Omphacini,℥.v. agitentur in mortario plumbeo & piſtillo plumbeo in modum vnguenti,quo inungantur mammæ.

LIBRI SECVNDI FINIS.

LIBER

SCD Lyon 1

# LIBER TERTIVS.

## Capvt I.

### *De ventriculo.*

IN ventriculo ſanando poſt vniuerſales purgationes nonnunquam vomitum, vt in principio aut purgationem mouere expedit: Dioriſmos autem & certas leges vomendi ſeorſim tradere conſtituimus, vti de venæ ſectione. Iam verò monuiſſe ſat erit vomitum nonnunquam neceſſarium eſſe poſt purgationes modo affectus expoſtulet, vel à pituita, vel à bile in oſtiolo ventriculi ſupernatãte, vomere conſuetis, quibus pectus anguſtum non eſt, nec pulmones male habent, & ſanguinis ſputum non adeſt, nec inſtare videtur, quos dolor capitis & vertigo non affligit, ſimul



SCD Lyon 1

ac quibus oculi non laborant ad præcauendum & valetudinem bene tuendam, ex Hippocratis conſilio in menſe ſemel duobus diebus continuis vomitum citare non parum confert & ad reuellendum vel paulatim euacuandum, vt in nephritide & quibus calculi in viis vrinæ geniti ſunt, ad crapulam detrahendam vomitus plerumque ſalutaris eſſe ſolet, ſimul ac in vteri inflammationibus imperare vtile magnopere erit. Primò, exhibitis lenioribus, poſtea mediocribus, vehementioribus raro niſi neceſſitas vrgeat vomitum cientibus vtendum erit, quæ reuera non mediocriter ventriculum infirmant, quorum ſeriem enumerare hic non decernimus, ſed in alium diſtulimus locum. Cæterùm memoria ſemper eſt tenendum omnia medicamenta in ventriculo corroborando aſtrictione pollere debere, quia præterquam quod roborant ſimul ac coctionem iuuant: vt verò facultas retentrix probe ſuo fungatur munere omnino auxiliantur, tum calida, tum frigida; ob id purgantia, præſertim quæ vehementiora ſunt vti acria, incidentia, plus æquo tenuantia, valde infeſta ventriculo eſſe conſueuerũt. Interim tamen clementiora medicamenta purgantia, quæ ſimul cum aſtrictione robur confirmant & aro-

SCD Lyon 1

& aromate concoctionem iuuant in vſum erunt per temporis interualla adhibenda, plurima autem alia præſidia in varia forma & aſſumpta & admota in affectibus tum calidis, tum frigidis vſurpanda erunt.

## CAPVT II.

*Catapotia in affectibus ventriculi calidis quæ ſenſim repurgant, & clementer cum aſtrictione bilem, & quædam ſeroſa educunt recrementa.*

℞. Maſſ. pill. de hiera ſimpl. ʒ. ii. rhabarb. opt. remolliti in aqua Endiuiæ & portul. ʒ. i. pulp. tamarindor. ℈. ii. cum Syrup. roſ. ſolutiuo, formentur pillulæ vi. pro drachma, ſumat tres per horam ante cibum vel mane deſuper dormiendo per horam aut alteram ſemel in hebdomade, reliquum ſeruet in vſum.

*Catapotia pro affectibus ventriculi frigidis pituitoſa ducentia & corroborantia.*

℞. Maſſ. pill. elephanginar. ʒ. ii *ſi paulo magis malis ducere pituitam* agarici trochiſcati



SCD Lyon 1

ʒ.j.Maſtiches,℈.j. *quando verò per horam vnam, ante cibum aſſumi non debent, loco agarici adijcies,* rharbarbari optimi,℈.ii. ſpicæ nardi. ℈.j.& tunc formentur pillulæ, cum aqua abſynthii, ſex pro drachma, ſumat per horam ante cibum: Si autem cum Agarico præſcripto bene mane deſuper dormiendo per duas horas ſemel in hebdomade, cum bono vitæ regimine, reliquum ſeruet in vſum.

## Capvt III.

### *Potio in affectibus ventriculi calidis, refrigerans, corroborans, vt in* καρδιογμῳ *id eſt, morſu oris ventriculi.*

℞. Syr. de roſis ſiccis, de Berberis, vel de ſucco acetoſæ, horum duorum, an. ℥.ſ. pulu. diamarg. frig. ʒ j. raſuræ Eboris,℈.j. aquarum portul. & acetoſæ, an. q. ß. Miſce, fiat potio quam ſumat mane & ſero nullo præcedente aut ſequente cibo aut potu per tres horas.

**
*

*Potio*

SCD Lyon 1

*Potio in affectibus ventriculi frigidis, calfaciens, concoctionem iuuans & roborans.*

℞. Syrupi conſeruationis corticis citri, Syr. de abſynthio, vel de Menta, vel de Bugloſſo, ex duobus. an. ℥. ſ. pulueris aromatici roſati ʒ. j. aut ℈. iiii. aquarum mentæ & Borrag. an. q. ſ. Miſce, fiat potio quam ſumat mane vel ſero ante paſtum, poſt tres horas.

## CAPVT IV.

*Electuarium molle in affectibus ventriculi calidis refrigerans & corroborans.*

℞. Conſ. roſar. antiquæ, Conſer. flor. Cichorii, an. ℥. j. Myrabolan. Emblicarum condit. num. j. puluer. roſatę nouellę & diamargaritonis frigid. an. ℈. iiii. cum Syrupo de Bugloſſo. q. ſ. Miſce, fiat in modum Opiatæ, de qua ſumat ad quantitatem nucis comeſtibilis, mane tribus horis ante cibum, alternis diebus ſuperbibendo parum aquæ Borraginis & portulacæ.

SCD Lyon 1

*Electuarium molle in affectibus ventriculi frigidis calſaciens & roborans.*

℞. Confect. Aromatici roſati in modum opiatæ ex deſcriptione Gabrielis, ℥.ii. *ſi in plures dies continuare neceſſe fuerit*, ad ℥. iiii. ſumat ad quantitatem nucis comeſtibilis, mane tribus horis ante cibum ſuperbibendo parum vini rubri diluti, cum aqua Borraginis alternis diebus.

℞. Conſeruæ radicum & florum Bugloſſi, Corticis citri ſaccharo conditi, an. ℥. j. confectionis de Cinnamomo, ℥.ß. pulueris aromatici roſati, ʒ. ii. cum Syrup. conſer. corticis citri, q.ß. Miſce, fiat in modum opiatæ, de quo ſumat ad quantitatem nucis auellanæ ſuperbibendo parum vini cum aqua Borrag. & portulacæ, *interdum verò vt magis calfacias ſi opus ſit & flatus diſcutias, vt in his qui propter ſummam frigiditatem ventriculi, colico dolore vehementer conflictantur,* addere poteris diagalangæ & diacimini an. ʒ.j.





SCD Lyon 1

*Electuarium ſolidum in affectibus ventriculi calidis refrigerans & roborans.*

℞. Electuar. diamarg. frig. vel triaſantali vnum ex his ad ℥. ii. aut tres ſumat tabellam j. mane tribus horis ante cibum per ſe vel bibendo parum aquæ Cichorii & portulacæ alternis diebus, vel ſic.

℞. pul. roſatæ nouellæ, pul. diamarg. frig. & triaſantali, an. ʒ. j ß. raſuræ Eboris, ʒ j. ſacchari diſſoluti in aquis Cichorii & portulacæ *& ad ſaporis gratiam ſimul & ad ſanationem* aquæ roſ. an. q. ß Miſce, fiat electuarium in tabulis ponderis, ʒ. iii. ſumat mane tribus horis ante cibum tabellam vnam, alternis diebus eodem modo, vt dictum eſt.

*Electuarium ſolidum in ventriculi frigidis affectibus calfaciens & corroborans.*

℞ Electuarium Aromatici roſati, *& quando non multum calfacere conſilium eſt in intemperie mixta & coniugata calida & frigida,* Electuarium diarrhod. abb. Ex hiſce ad ℥. ij. aut tres, ſumat tabellam vnam,

SCD Lyon 1

mane tribus horis ante cibum per ſe vel ſuperbibendo parum aquæ abſynthii & Borrag. vel ſic:

℞. puluer. Aromatici roſati & diarrhod. abb. an. ʒ. j ß. *Interdum ad magis calfaciendum quamuis Cephalicum, ſtomacho tamen opportunum, calore aromatico iuuans concoctionem & humiditatem largiorem exſiccans*, pulu. diamoſchi dulcis ʒ. j. pul. diagalangæ, ℈. ii. ſacchari diſſoluti in aquis abſynthii & Borrag. an q. ß. Miſce, fiat electuarium in teſſellis ponderantibus, ʒ. iii. ſumat teſſellam j. Eodem modo, vt antea dictum eſt.

## Capvt V.

### *Puluis in affectibus ventriculi calidis, refrigerans, corroborans, & concoctionem iuuans.*

℞. Coriandri præparati, ℥. ß. *plus enim refrigerando aſtringit, quàm caloris ſeminaria retineat*, ſem. aniſi, *tamenſi calore præſtat & officere videatur, in affectibus ventriculi calidis, ne plus æquo refrigeres minimo modo aromatica miſcēda erunt vt cōcoctionem iuuent, nam concoctio calore perficitur, moderato tamen & temperato*, ʒ. ii. pul. diacitoniten ſine ſpeciebus, ʒ. vi. coralli rubri, & loti cum aqua roſ. ʒ. i. ß.

SCD Lyon 1

j. ß. raſuræ Eboris, ℈. iiii. ſacchari roſ. ad pondus omnium, miſce & fiat puluis ſecundùm artem de quo ſumat Cochlear. j. poſt ſuos paſtus nihil ſuperbibendo. Cæterùm ſi quibuſdam diſplicet puluis iiſdem medicamentorum viribus mixturam conficere poteris hoc modo.

℞. Conſ. roſ. antiquæ, carnium citoniorum conditorum, cum ſaccharo, an. ℥. j. Myrabol. emblicor. *vi medicamentorum ſaporem tollas*, cum aqua roſ. lotorum nu. j. pul. membranarum internarum ventriculi gallinæ, ʒ. j. ſacchari roſati. q. ß. Miſce, fiat mixtura cum aliquot foliis auri interiectis & minutim conciſis, de qua ſumat Cochlear. j. poſt ſuos paſtus nihil ſuperbibendo & comedendo poſtea.

*Puluis pro affectibus ventriculi frigidis, calefaciens, concoquens, flatus diſcutiens & roborans.*

℞. Semin. aniſi & fœnic. an. ʒ. iii. Coriandri præparati, ʒ. ii. pul. diacitoniten, vel cum ſpeciebus ſi ita paratus ſit, vel etiam ſine ſpeciebus, ℥. ß. Macis ʒ. ii. Cortic. citri ſicci & bene contriti, ʒ. j. ß. Maſtiches, ℈. j. ſacchari ad pondus omnium.

SCD Lyon 1

miſce, fiat puluis de quo capiat cochlear vnum poſt ſuos paſtus nihil bibendo aut comedendo poſtea, *vel ſi ingratus ſit puluis fiat mixtura ſequens pro iiſce ſanationis ſcopis.*

℞. Cortic. citri ſaccharo conditi, ℥. ii. carnium Cytoniorum conditarum cum ſaccharo, *tametſi non calfaciant aſtrictione iuuant & saporis gratiam conciliant*, ℥. j. myrabol. Emblicarum lotarum cum vino, numero j. macis ʒ. j. ſacchari, q. ß. interiectis foliis auri & minutim conciſis, fiat mixtura, de qua ſumat, vt dictum eſt, pro diuitibus excellens & gratum medicamentum ac ſanationi accommodatiſſimum.

## Capvt VI.

Exterius autem admouentur medicamenta ventriculo accõmodata, in variis formis præſcripta, tum calidis, tum frigidis affectibus, neque prius adhibenda erunt, niſi vniuerſim & per partes ſubductus fuerit humor purgatione vel vomitu.

### *Fotus in affectibus ventriculi calidis ad refrigerandum ſimul & corroborandum, & quadamtenus dolorem ſedandum.*

℞. fol. plantag. m. j. roſ. rub. p. j. ß. *ad ſedandum*

SCD Lyon 1

*dum dolorem, vt etiam quadam aſtrictione roborare valeat cuius expers non eſt, addes* flor. Chamæmeli, p. j. Balauſtior. ℥. j. fol. & Baccar. myrthi, an. ℥. ſ. ſummitatum lentiſci ℥. j. fiat decoctio in ſufficienti quantitate aquæ, ex qua foueatur regio ventriculi calidè vt penetret, deinde inungatur oleis ſequentibus.

℞. Olei de abſynthio, olei nardini, maſtichini, an. ℥. ii. *ad dolorem ſedandum & tenſionem tollendam,* olei Chamæmelini & Anathini, an. ℥. ſ. miſce, fiat vt dictum eſt.

## CAPVT VII.

### *Vnguentum pro affectibus calidis refrigerans & corroborans.*

℞. Olei Cydoniorum, olei myrtillor. olei lentiſcini, *quod non magnopere calefacit, ſed aſtringendo plurimum valet, multum ſi quidem refrigerare non oportet, ſed calida quædam ſunt permiſcenda, vt concoctio iuuetur,* an. ℥. ii. Ac c æ, hypociſtidos ro.arum rubrarum, an. ℥ ſ. ſantalorum omnium, coralli rubri, an. ʒ. ij. Baccar. myrtillorum. ʒ. j. cum

SCD Lyon 1

pauca cera candida, fiat vnguentum. Quo inungatur regio ventriculi ſero & mane longè à cibo.

℞. Olei de abſynthio, Maſtichini. Nardini, an. ℥. ii. gariophillorum, macis, Cardamomi, galangæ craſſæ, an. ʒ. ii. Calami aromatici, ligni aloes, an. ʒ. j. ſ. Coralli rubri, *tametſi ſit frigidum qualitate euidenti, præcipua tamen dote ex ſententia Meſuæi affectibus ventriculi accommodatiſſimum, ideo calidis & frigidis tuto vſurpari poteſt*, ʒ j. cum pauca cera fiat vnguentum, quo inungatur ventriculi regio tepidè vel calidè ſero & mane longè à cibo. *Porro ſilentio prætermittendum non eſt, quando in ore ventriculi affectus conſiſtit præſertim ex calida intemperie & cardiogmo ſiue fotus, ſiue illitus, ſiue vnguenta circa dorſi ſitum ad quem inclinat ſtomachus, eiuſmodi erunt admouenda præſidia.*

## Capvt VIII.

### *Emplaſtrum in affectibus ventriculi calidis, refrigerans & roborans.*

℞. Succi Cytonior. ℥. ii. ſucci plantag. & portul. an. ℥ j. pul. ſantalorum & coralli rub. an. ʒ. ii. Coriandi præpar. ʒ. j. ſ.

Bac-

SCD Lyon 1

Baccar. Myrti acaciæ & hypociſtidos, an. ℨ.j. Ceræ albæ q.ſ. olei roſ. Omphacini, ℥.iiii. incorporentur omnia ſimul & reducantur ad formam maſſæ Emplaſtri, de qua ſuper alutam formetur Emplaſtrum in forma ſcuti quod regioni ventriculi, & interdum ſtomacho ſi male habeat circa dorſum admoueatur, quando verò cibus concoctus eſſe videbitur ad tres horas ſaltem aut quatuor, vt chylus ex piloro in venas meſeraicas illabi non prohibeatur, auferatur per horam aut alteram, poſtea denuo ſuper imponatur.

*Emplaſtrum in affectibus ventriculi frigidis, calfaciens, concoctionem iuuans & corroborans.*

℞. Maſſæ Emplaſtri maſtiches & ſtomachici, an. ℥.ij. Cardamomi, galangæ craſſæ & gariophyllorum in puluerem redactorum, an. ℨ.ii. ceræ, q.ſ. Miſce, cum oleo nardino manibus inunctis, fiat maſſa emplaſtri, ex qua ſuper alutam formetur Emplaſtrum iuſtæ magnitudinis ad formam ſcuti, quod regioni ventriculi admoueatur, fiat eo modo, vt antea dictum eſt.



SCD Lyon 1

## CAPVT IX.

### *Sacculus pro affectibus ventriculi calidis, refrigerans & corroborans.*

℞. Roſ. rubear. Baccar. & fol. Myrthi, an. ℥. j. Coriand. præparati. ℥. ß. ſantalorum omnium & coralli rubri, an. ʒ. ij. redigantur in tenuiſſimum pulu. Ex quo cum pauco bombace & ſyndone rubra, fiat ſacculus interpunctus ad formam ſcuti quem continuò circumferat.

### *Sacculus in affectibus ventriculi frigidis, calfaciens, concoctionem iuuans & corroborans.*

℞. Abſynthii ſicci & mentæ, an. ℥ j. ß gariophillorum, Macis, ſchænantos, Cardamomi, an. ʒ ii. ſpicæ nardi, coralli rubr. ℈ ii. *ad temperandum & ventriculum ſimul iuuandum inſita & peculiari virtute*, redigantur in tenuiſſimum pulu. & cum pauco Bombace in ſyndone rubra, fiat ſacculus interpunctus ad formam ſcuti, quem continuo ferat.

CA-

SCD Lyon 1

## CAPVT X.

### *De affectibus hepatis.*

IN ſanandis hepatis malis, quando ſenſim purgando medicamenta in vſum veniunt, ea deligenda erunt, quæ non effræni motu purgant, vt robur viſceris non diſſoluatur & incendium in humoribus paretur, quod promptum eſt fieri in hepate & venoſo genere, qualia ſunt vehementer calida & ſicca, vt diagridium, ſcammonium & conſimilia præſertim affectibus calidis. Præterea omni ratione proſpiciendum eſt, vt ea adhibeantur, ſiue ſumpta, ſiue admota, vt ſpica nardi & alia aromatica, quæ ſimul aſtringendi vim habent ad naturalem partis temperiem conſeruandam, quia calidum calore aromatico in ſymmetria fouetur, calor naturalis & ſpirituum ſubſtantia augetur: quoniam viſcus eſt toti corpori neceſſarium, ideo aſtringentibus ſimul corroborandum eſt atque confirmandum; addas licet ea plerumque præſcribi medicamenta, in affectibus hepatis quæ ſanguinem expurgant & eluere valeant: nam cum ſit ſanguinis generandi inſtrumentum, & in eo & venis totius corporis ſanguinis moles contineatur in qua humorum impuritas & colluuies ſit, Idcirco quæ ſanguinem emundant in hepatis malis vſurpanda veniunt.



SCD Lyon 1

Cæterùm quando caua hepatis pars præcipuè laborat, medicamenta quæ mediocriter aluum ſubducunt neceſſaria erunt, nam locus aptus eſt, vt è propinquo per aluum noxia excrementa expurgentur; ſi verò malum in gibba hepatis parte inſideat, quæ vrinas ducunt, imprimis erunt præſcribenda medicamenta, ob id magna ex parte in hepatis affectibus, quæ tenuitate eſſentiæ valent qualia ſunt diuretica, & aperiendo obſtructiones tollunt, quibus plerunque infarcitur hepar, hepati determinata eſſe conſueuerunt.

## CAPVT XI.

*Electuaria mollia ad ſenſim repurgandum, præſertim in affectibus hepatis calidis quæ potius præſcribenda erunt, quàm catapotia, quia calidiora & ſicciora, & ob id inflammationem hepati promptè addunt, humorumque incendium parant, quare euitandum erit ne inflammatio ſuboriatur.*

℞. Cathol. ℥. ij. diapr. ℥. j. ad aduſta ſecoſa ſubducenda, diaſennæ ſolut. ℥. ß. *ad a-*

*quam*

SCD Lyon 1

*quas citrinas ſubducendas, id eſt, bilioſas ſanies*, Elect. è ſucco roſar. ʒ.iii. Syrup.roſ.ſol.ſine ſcamm.an.q.ß. Miſce, fiat in modum Opiatæ, de qua ſumat per ſe ad ℥.ß.vel diſſoluendo in decocto Borrag.fum.& Cichorii, mane quatuor horis ante cibum, cum probo vitæ regimine ſemel in hebdomade.

## *Opiata in affectibus frigidis hepatis, craſſos, & melancholicos humores ſenſim repurgans.*

♃. Cathol.℥.ii. diaphæn.℥.j. diacarth. *vt in hydrope ad aquas educendas*, ℥ ß. confect. hamech. *ad melancholiam euocandam*, ʒ.iii. cum ſyrup.roſ.ſol. *vel ad tenuandum, vel magis aperiendum*, Syrup. cap.ven.an.q.ß.Miſce, in forma opiatæ, de qua ſumat per ſe vel diſſoluendo in decoctione cicerum rub. vel mercurial. cum probo vitæ regimine quatuor horis ante cibum, ſemel in hebdomade. *Porro nunquam prætermittas in diuitibus Rhacoma addere in affectibus tum calidis, tum frigidis*, quæ eſt hepatis medicina & viſcus roborat, hoc modo in affectibus hepatis calidis rhabarb. optim. emolliti in aqua End.ʒ.iii. vel ℥.ß. ad ℥. j. cum ſpica nardi ad ℈.j.


SCD Lyon 1

## CAPVT XII.

### *De Serapiis magiſtralibus.*

SErapii magiſtrales ideo dicti quod magiſtri arbitrio præſcribi ſoleant, nec alioqui in officinis prompti paratique inueniantur, illi ipſi magni vſus eſſe poſſunt in aff. ctibus hepatis calidis & frigidis, quando ſimul non modo repurgare ſenſim expedit per partes, ſed etiam alterare & corroborare pro variis ſcopis neceſſe eſt. A decoctis ſeu Apozematis differre non videntur, niſi quod perfectius coquantur, vt conditura in plures menſes reſeruari valeat, Adhæc doſis & quantitas in ſingulis medicamentis maior ad duplum eſſe poterit, quàm in Apozematis præſcribendis.

Syrupus Magiſtralis, in affectibus hepatis calidis refrigerans & nonnihil obſtructiones aperiens, roborans, ſenſim repurgans & bilioſa & ſeroſa.

℞. Glycirr. raſæ & parum contuſæ, ℥.j ß. lapathi acuti cum rad. aceroſæ cum radicibus, *ſine caliditate eluunt & emundant ſanguinem incendio quodammodo aduſtum vel aduri promptum*, Borrag. & Bugloſſ. cum propriis radic. Cichorij, Endiuiæ tenellæ ſummitatum fumariæ, roſtri porcini, lenti-

culæ

SCD Lyon 1

culæ aquaticæ, an m.ij.herbar. Capill. m.j. quatuor ſem.frig.maior.End.& portul.an.ʒ.ij.ſem.aniſi,ʒ.j. *vt poſſis accelerare vim quorundam medicamentorum purgantium tarde, & ſennam corrigere ne tormina pariat,* hordei mundi, p.ii.prunorum dulcium, paſſularum mundatarum iuiubar.& ſebeſten,an.par.xv. polipodii querni recentis, fol.ſennæ orientalis mundatorum,an.℥.iii. tamarindor.℥ß.j. Myrabol Citrinar. oleo amygdal. dulcium confricatarum, ℥.j. *vt in Elephanticis propter aduſtionem ad melancholica repurganda, Epithymi* ℥.ß. trium flor. cord. p.ii. flor. Nympheæ,p.j. fiat ſerapium perfectè coctum, de colatura cape ℔.j. in qua diſſolue ſacchar. q.ß. Clarificetur & aromatizetur, cum pulu.triaſantali & diarrhod.abb. an.ʒ.j.ß. Inter clarificandum addes Rhabarbari optimi in panno raro ligati & fortiter expreſſi,ʒ.iii. aut ℥.ß. ſpicæ nardi, ℈.j. Syrup.roſ.ſol. ℥.iiii. Miſce, reſeruetur vſui, ſumat per ſe ℥. ii. aut iii. vel cum decoctione Cichorii Borrag. & fumar. quatuor horis ante cibum, ſemel in hebdomade cum probo vitæ regimine.



SCD Lyon 1

*Serapium magiſtrale in affectibus hepatis frigidis, vt in Cachexia, hydrope, calfaciens, aperiens obſtructiones, pituitoſa & ſeroſa ſubducens, ac ſimul corroborans.*

℞. Quinque rad. communium temperatarum in vino albo, an. ℥.j radic. Enulæ Camp. pentaph. aſari, corticis radic. Cappar. *præſertim ſi ex ſplenis vitio oriatur malum*, & mediani fraxini, an.℥. ß. Eupatorii. agrimoniæ, herbar. Capil. Pimpinellæ, piloſellæ, ſummit. fumæ, Cichorii lupulor. Endæ. tenellæ ſcariolæ, Borrag. Bugloſſ. cum propriis radicibus, an.m.j.ß. Camædrios, Camæpith. mercurialis, Braſſicæ marinæ, an. m.j. *nam ſiccat & aquas ducit, ideo hydropicis confert*, ſem.apii, petroſelini & fænicu-li, & aniſi quatuor ſem.frigid. mai. Endiuiæ & portul. an.ʒ.j.ß. Cicerum rubr. p.j. prunorum dulcium, paſſularum mundatarum, an.par.xv. medul. ſeminis Carthami leniter contuſæ, polipodii quercini recentis, folliculorum ſennæ orientalis mundatorum, an.℥.ii. Myrabol. citrinar. & Chebul. oleo amygdal.dulc. confricatarum, an.℥.j. agarici trochiſcati in panno raro ligati, ℥. ß. ſucci rad.ireos, *ad aquas ſubducendas efficaciſſimum*

SCD Lyon 1

*ciſſimum medicamentum*, ʒ. vj. Caſſutæ ℥.j. flor. geniſtæ, ſambuci Tamariſci, roriſmarini, an. p.ij. trium flor. Cord. an. p.j. fiat ſerápium perfectè coctum, de colat. cape ℔.j. in qua diſſolue ſacchari puriſſ. q.ſ. clarificetur & aromatizetur, cum pulu. Cinnamomi electi & diarrhod. abb. an. ʒ. j. pulu. diacucurmæ, ℈.ij. *inter clarificandum addere poteris, quia medicina eſt iecinoris*, Rhab. opt. fideliter expreſſi, ʒ.iiii. ſerapii roſ. ſol. ℥.iii. Miſce, reſeruetur vſui, de quo ſumat. ℥.iii. per ſe vel diſſoluendo cum aquis cicerum rubr. ſemel in hebdomade quatuor horis ante cibum, cum probo vitæ regimine.

## CAPVT XIII.

### *Electuarium molle, id eſt, Opiata in affectibus hepatis calidis refrigerans, nonnihil obſtructiones aperiens & corroborans.*

℞. flor. Cichorii, Conſer. capill. ven. & flor. Bugloſſ. an. ℥.j. pulu. triaſantali, diarrhod. abb. & roſatæ nouellæ, an. ʒ.j. trochiſcor. de Eupatorio, ℈. ii. *vim medicamenti citius in hepatis vias transfert, & in eo aſſu-*

SCD Lyon 1

*mendo recreatur à permixtione huius, addito Syrupo de Endiuia ſimplici, vel de End. compoſiti aut de fum.* q. ß. Miſce, fiat in modum Opiatæ, de qua ſumat ad quantitatem nucis comeſtibilis, mane tribus horis ante cibum ſuperbibendo parum aquarum Cichorii & abſynthii & vini albi diluti, cum iis aquis alternis diebus.

## *Electuarium molle in affectibus hepatis frigidis, calfaciens, aperiens obſtructiones, corroborans.*

℞. Conſeru. flor. geniſtæ & radic. Apii, *ſi non ſit parata, parari iubeatur, nam efficaciſſima eſt ad obſtructiones tollendas in affectibus hepatis à cauſa frigida.* Conſer. flor. roriſmar. an. ℥. j. pulu. diarhod. abb. ʒ. ii. pulu. diacucurm. maior. ʒ j. Trochiſcorum de Rhabarbar. de Eupator. an. ʒ. ß. Syrup. de quinque radicibus, vel de Eupat. vel Capill. ven. *adtemperandum,* q. ß. Miſce, fiat in modum opiatæ, de qua ſumat ad quantitatem nucis comeſtibilis, mane tribus horis ante cibum ſuperbibendo parum vini fului vel albi diluti cum aqua Eupatorii

SCD Lyon 1

patorii & cardui benedicti alternis diebus.

*Electuarium ſolidum, in teſſellis pro affectibus hepatis calidis, refrigerans, aperiens obſtructiones, & corroborans.*

℞. pulu. roſatæ nouellæ, diarrhod. abb. & triaſantali, an. ʒ j. ß. pul. diamargarit. frigid. ʒ. j. ſacchari diſſoluti in aquis endiuiæ & Cichorii, q ß. Miſce, fiat electuarium in tabulis ponderantibus, ʒ. iii. Cape tabellam vnam, mane tribus horis ante cibum alternis diebus ſuperbibendo parum aquæ endiuiæ, & capill. ven.

*Electuarium ſolidum in teſſellis pro affectibus frigidis hepatis, calfaciens, aperiens obſtructiones & corroborans.*

℞. pulu. diacucurmæ maior. diarrhod. abb & triaſantali duplicato Rhabarb. an. ʒ. j. ß. Eupatorii ſicci & in pulu. redacti. ℈. ii. ſpicæ nardi, ℈. j. ſacchari diſſoluti in aquis Eupat. & abſynth. an. q. ß. Miſce, fiat Elect.

SCD Lyon 1

in teſſellis pond ℥ iii. ſumat tabulam vnam, mane tribus horis ante cibum, ſuperbibendo parum vini albi diluti cum aqua abſynthii, vel cardui Benedicti, vel Borrag. alternis diebus.

## Capvt XIV.

TOpica præſidia quæ hepati præſcribi ſolent varia ſunt ac multiplicia, quorum omnium ſeries à nobis ſcribenda non erit, præſertim cum potius ad materiam chirurgicam ſpectare videantur, quam in præſentia tractare inſtitutum non eſt, ſicque perſequendo in his præſidiis foris admouendis circa hepar obſeruandum eſt perpetuo, vt non tam affectus & cauſæ morbi habeamus rationem, quam naturæ partis, vt ſcilicet robur aſſeruetur, ac naturalis temperies retineatur, nam communem & toti corpori neceſſariam actionem hepar habet, viſcus præcipuum; & quia obſtructionibus facile afficitur propter intercurſus venarum implicitos, ad ſanguinis elaborationem neceſſarios, ideo ab infarctu liberantia remedia ſuperius deſcripſimus. Olea quæ ſuperimponuntur, nonnunquam ſunt lauanda ne ſuo glutine ſpiracula præcludant & obturent meatus.

*Fotus*

SCD Lyon 1

### *Fotus in affectibus hepatis calidis refrigerans: & corroborans.*

℞. fol. plantag. (*plantago præter vim refrigeratoriam habet & aſtrictoriam qua robur hepatis confouet, ideoque eam in dyſenteria ſuperius vſurpauimus,*) Endiuiæ & Cichorii, an. m. j, roſar. rubr. & flor. nymphcæ, an. p. j. ß. ſummitatum lentiſci, p. ß. ſantalorum omnium, ℥. ſ. fiat decoctio in aqua pluuiali qua foueatur regio hepatis calidè parum, ſero & mane longè à cibo poſt inungatur oleis ſequentibus. Cæterum ſummitates lentiſci, quia teneræ facilè in decoctione vim ſuam amittunt, ideo parum decoqui debent.

℞. Olei Myrthini, olei Nymphcæ, & roſarum Omphacini, an. ℥. ij.
Miſce, fiat vt dictum eſt.

* *
*

SCD Lyon 1

*Fotus in affectibus hepatis frigidis, calfaciens & roborans*

℞. fol. abſynthii & Eupator. an. m. j. flor. Chamæmeli, p j. ß. palmularum numero vi. paſſularum cum arillis, par. viii. calami aromatici, ʒ vi. fiat decoctio in media parte vini rubri ſtiptici & aquæ puræ, qua foueatur regio hepatis calidè & tepidè ſero & mane longè à cibo, deinde vngatur oleis ſequentibus.

℞. Olei Nardini de abſynth. & Maſtichini, an. ℥. ii. Miſce, vt dictum eſt.

## Capvt XV.

*Ceratum & vnguentum pro affectibus hepatis calidis refrigerans & corroborans.*

℞. Cerati ſantalini, ℥. ii. vnguenti roſacei, ℥ j. ß. Olei Myrthini, ℥. iii. cum pauca cera, fiat in modum vnguenti vel cerati, quo inungatur regio hepatis, frigidè æſtate, tepidè hyeme.

*Vnguen-*

SCD Lyon 1

*Vnguentum pro affectibus hepatis frigidis, calfaciens, nonnihil aperiens & corroborans.*

℞. Olei Nardini, olei de abſynthio, olei irini, an. ℥. i. calami aromatic. ligni aloes, ſantali citrini, gummi laccæ, an. ℥. ß. ſpicæ nardi. ʒ. i. ceræ, q. ß. Miſce, fiat in modum vnguenti, quo vngatur regio hepatis tepidè vel calidè, ſero & mane longè à cibo.

*Vnguentum in hydrope calefaciens, ſiccans, aquas abſumens & flatus diſcutiens.*

℞. Succi abſynthii, Eupatorii, an. ℥. ij. ſucci braſſicæ marin. *dum in his locis ea in quibus magna eius copia ſuccreſcit, & viget,* ℥ j. ß. *vel ſiccata ſi fuerit pulueris eiuſdem,* ℥. j. farinæ orobi, ʒ. vj. pulueris radic. cucumeris aſinini & Cyclaminis, an. ʒ iii. æris vſti, ʒ. ii. ſpicæ nardi. ʒ. j. olei irini & amygdal. amararum, an. ℥ iii. ſtercoris vaccæ, ℥. ii. ceræ therebintinæ, an. q. ß. ducantur & agitentur omnia ſimul in mortario, & fiat in

SCD Lyon 1

modum vnguenti quo inungatur regio ventris inferioris in hydrope, Aſcite & Tympanite, à materia præſertim frigida: In Tympanite autem addere poteris pulueris Cumini, ℥.ß. *vel emplaſtrum ſequens ventri ſuperimponendum, quod digerit, reſoluit, aquas abſumit & flatus diſcutit.*

℞. Maſſ. Emplaſtri de Baccis lauri, ℥.iiii. ſtercoris vaccæ, ℥.ij. miſceantur ſimul & calidè tumenti ventri admoueantur.

## Capvt XVI.

### *Epithema pro affectibus calidis hepatis refrigerans & obſtructiones aperiens.*

℞. Aquarum End. Cichorii & acetoſæ, an ℥.iiii. aquæ Nympheæ, ℥ ij. ſem. End. & portul. an. ʒ.ij. ſantalorum omnium, ʒ.j.ß. ſpicæ nardi, *ad ſeruandam naturalem temperiem partis*, ℈.j. Miſce, fiat epithema, quod regioni hepatis admoueatur ſero & mane longè à cibo.

Epi-

SCD Lyon 1

*Epithema pro affectibus frigidis hepatis, calfaciens, aperiens obſtructiones & corroborans*

℞. Aquarum abſynthii, Eupatorii, cap. ven. an. ℥.iiii. Calami aromatici, ſchænantos in pollinem redactorum, an. ʒ ii. ſpicæ nardi, ʒ.j. Miſce, fiat Epithema quod regioni hepatis admoueatur ſero, & mane tepidè longè à cibo.

## Capvt XVII.

*Sacculus in affectibus hepatis calidis refrigerans & corroborans.*

℞. Roſarum rubr. flor. viol. & Nympheæ, an. p. j. ſ. End. m. j. ſantali rubri & albi, an. ʒ.ij. ſem. acetoſæ, End. & portul. an. ʒ. j. ſpicæ nardi, ℈. j. miſceantur, ſimul in pulu. redigantur, & cum ſyndone rubro fiat ſacculus interpunctus ad formam ſemilunæ irroratus cum aqua End. & roſ. admoueatur regioni hepatis tepidè.



SCD Lyon 1

*Sacculus in affectibus frigidis hepatis recalefaciens, obſtructiones tollens & corroborans.*

℞. Eupatorii, abſynthii, an. m. j. ligni aloes, calami aromatici, ſantali citrini, an. ʒ. ii. ſpicæ nardi, ʒ. j. redigantur in puluerem & cum ſyndone rubra & pauca bombace. *Vt recalefaciat*, fiat ſacculus interpunctus ad formam ſemilunæ irroratus, cum aqua abſynthii & florum mali aurei, hepatis regioni admoueantur. Sacculi admoueri poſſunt regioni ventris inferioris, vt in Tympanite, dum ventrem detumeſcere volumus & flatus digerere hoc modo.

℞. Milii partes tres, ſalis communis partem vnam, ſeminum aniſi & fœniculi, an. partem dimidiam, milium & ſal torrefiant, & cum pannis raris lineis fiant ſacculi interpuncti, qui regioni ventris inferioris admoueantur calidè.

* *
*



SCD Lyon 1

## CAPVT XVIII.

### *De ſplene.*

IN affectibus ſplenis eadem fere præſidia conueniunt, quæ antea hepati præſcripta fuerunt, tum in aſſumptis, tum in admotis modo adiicias illi parti propria & accõmodata, vt Cappares & cortices radic. cappar. ſcolopendriam, pſillium, hemionitida, viticem & ſemen eius præcipuè tamariſcum, acetum & quæ aceto conſtant, nam eo oblectatur, vt antea monuimus, aqua fabrorum ferrariorum, quæ vulgo chalybeata dicitur, inſigni ſua ſiccitate ſplenem imminui ſæpenumero probatum fuit, interim tamen quædam peculiaria à nobis deſcribentur maxime in eiuſdem frigidis affectibus quibus plerumque diuexari ſolet.

*Electuarium ſolidum in eiſdem affectibus natis ab obſtructione, calefaciens, aperiens, & corroborans.*

Recipe, pulu. diacaparis, diacucurm. maior. an. ℥. j. ſs. pulueris roſatæ nouellæ, ℥. j. puluer. diacumini, ℈. ij. ſacchari



SCD Lyon 1

diſſoluti in aquis Borragin. & ſcolopend. an. q. ß. Miſce, fiat Electuarium in tabulis ponderantibus, ʒ. iii. ſumat tabulam vnam, mane tribus horis ante cibum, ſuperbibendo parum vini diluti aqua abſynthii alternis diebus.

*Electuarium molle in affectibus ſplenis frigidis, recalfaciens, obſtructiones aperiens, corroborans.*

℞. Conſeru. flor. geniſtæ, conſer. flor. Tamariſci & Cap. ven. an. ℥ j. pul. diacapparis, ʒ. ii. pulueris diacinamomi & roſatæ nouellæ, an. ʒ. j. Syr. de ſcolopend. Oximelitis, an. q. ß. Miſce, fiat in modum opiatæ, de qua ſumat ad quantitatem nucis comeſtibilis, mane tribus horis ante cibum ſuperbibendo parum vini albi diluti, cum aqua Cap. ven. & Borraginis.

## CAPVT XIX.

CÆterùm in quibus cachexia apparet ex ſplenis vitio oborta conueniet limaturam chalibis addere à ʒ. j. ad ℈. iiii. exterius autem adhibeantur medicamenta pro ſplene, quæ præſertim inflationes

&

SCD Lyon 1

& tumores duros ſanare valeant.

*Fotus in affectibus ſplenis propter duritiem & molliens & extenuans craſſos & lentos humores.*

℞.fol.ſcolopend.& tamariſci,an.m.j. fol. rutæ m.ß,flor.Chamæmeli & meliloti, an. p. j.ß. flor.geniſtæ & tamariſci, an p.1.rad. cucũ.aſinini,Enul.Cam. & panis porcini,an ℥.ß.ſem.rutæ & viticis,an ʒ.ii.ſem.aniſi & fœniculi,an.ʒ.i.ß.fiat decoctio in duabus partibus aquæ pluuiæ, & vna aceti vini albi, ſi aliqua caliditas fuerit adiuncta addere poteris ſemina Endiu.& portulacæ, an ʒ.iii. qua foueatur regio ſplenis calidè vel tepidè ſero & mane longè à cibo , deinde inungatur oleis ſequentibus.

℞.Olei de Cappar. olei de lilio,olei irini aut rutacei, an. ℥.ii. Miſce, inungatur regio ſplenis calide aut tepidè ſero & mane longè à cibo.

*Ad magis induratum ſplenem emolliendum vnguentum ſequens ſummo præſidio eſſe poterit.*



SCD Lyon 1

℞. Olei de Capparibus & de lilio, an. ℥. j ß. rutacei, ℥. j. amygdalarũ dulcium, ℥. ß. Bdellii ammoniaci diſſolutorum in aceto, an. ʒ. ii. ſtercoris Capræ & ſeminis viticis, an. ʒ j. ß. ſem. portul. *quod ſpleni inprimis accõmodatum eſt, nam tenuandi vim habet diuerſam à foliis quæ inſpiſſandi vim habent*, ʒ. j Croci. ʒ. ſ. aceti parum & ceræ, q. ſ. Miſce, fiat vnguentum quo inungatur regio ſplenis calidè vel tepidè & ſero & mane.

*Emplaſtrum in affectibus ſplenis ad eius duritiem emolliendam.*

Recipe, Maſſæ Emplaſtri de Meliloto, Maſſæ emplaſtri diachilonis ireati, an ℥. j. ſ. Corticis Capp. ſcolopendriæ ſiccæ, an. ʒ. ij. ſem rutæ & viticis, an. ʒ. j. ſubigantur oleo de lilio, & formetur Emplaſtrum in linguę bouis formam, quod lienis regioni admoueatur.

* *
*

Cap.

SCD Lyon 1

## CAPVT XX.

### *De inteſtinis.*

IN inteſtinorum malis plurima variaque remedia & aſſumpta & admota adhiberi ſolent, vt in lumbricis enecandis, diarrhea, diſſenteria, colico dolore & tenaſmo quæ hic præſcribenda erunt. Communia autem ſunt, hic non repetenda ventriculi affectibus acommodata.

Itaque in lumbricis enecandis, quorum generatio & ortus præſertim in inteſtinis; ad illos ipſos enecandos, amara acria, & nitroſa neceſſaria ſunt, quæ omnem putredinis labem ſubmouent vermium materiam conſumendo & euacuando, qualia etiam ſunt, Agaricus, Colocynthis & Rhabarbar. præter quam quod enim amarore lumbricos interficiunt, etiam euacuando pituitoſa illorum materia non mediocriter iuuare videntur, tum frigida qualia acida, quæ omnem putredinem arcent, accommodata ſunt medicamenta, ac proficiunt.



SCD Lyon 1

Quædam quæ aperiunt obſtructiones à pituita infarcta, in ſpiraculis ventris inferioris vt gramen. Præterea cum alienus & feruidus ex putredine excitetur calor, quę refrigerando ſpiſſant, vt portulaca in lumbricis enecandis, nonnunquam præſens remedium eſſe conſueuit, & cũ illo calore feruido, putredo maligna & veluti cuiuſdam peſtiferæ conditionis ſeu qualitas acquiratur: quæ ſunt cardiaca, id eſt cordi accommodata, plerumque cum aliis admiſcere neceſſe eſt. Addas licet ex quadam conſequutione remedio eſſe dulcia, non modo in enematis, ad eos alliciendos, ſed etiam in ore exhibita, maximè quando lumbrici ad ventriculum illati ſunt, qui inſtanter oris ventriculi morſum & animi deliquium promouere poſſunt, vt dulcedine quadam ac paſtione eludant lumbricos dulcia præſcribunt. Oleum item lumbricis eſſe infeſtum omnibus probatum expertumque eſt, quod glutine ſuo, vt antea dictum fuit, ſpiracula eorum, vt in omnibus aliis inſectis, adeo præcludit, vt illorum calor vitæ etiam imperfectæ opifex ex toto extinguatur, ob id lumbrici mortui, ab eadem olei lubricandi facultate exhibitione è corpore facilè expelluntur.

CAP.

SCD Lyon 1

## Caput XXI.

*Potio in lumbricis enecandis, quando caliditas & febris ſimul coniuncta ſunt ex acidis putredinem inhibentibus.*

℞ Syr. de limonibus, Syr. de Berberis, & ſi cardiaco proficere volueris, loco illius addes Syrupi de Bugloſſo, an. ʒ j ſeminis citri minutim contuſi, cornu cerui vſti, pul. diamarg. frigidi an. ℈. j. aquarum portulacæ, acetoſæ & graminis, *quia caliditate non exuperat & lumbricos enecare valet*, an. q. ß Miſce, fiat potio quam ſumat longè à cibo aut lactis ſuctu per duas aut tres horas mane & ſero.

*Potio lumbricis enecandis neceſſaria & accommodata, quando nulla caliditas ſubeſt, ex amaris conſtans & cardiacis.*

℞. Syrup. de abſynth. Syrup. de Bugloſſ. an. ℥ j. Syr. de limonibus, *vt temperes caliditatem reliquorum medicamentorum & ſi-*

SCD Lyon 1

*mulputredinem inhibeas malignumque vaporē propellas* ℥. ß. ſeminis contra, & cornu cerui viti, confectionis Alkermes *& cor iuuat & lumbricos enecat*, an. ℈ j. aquarum gram. & de abſynth. an. q. ß. Miſce, fiat potio quam ſumat duabus aut tribus horis à cibo aut lactis ſuctione, mane aut ſero.

*Vtiles etiam ſunt noduli in lumbricis enecandis impoſiti in iuſculis hoc modo.*

℞. Sem. Citri, End. & portul. an. ʒ ii. contundatur leniter & in panno lineo inuoluantur, fiant noduli filio alligati, qui imponatur iuſculis.

*Vnguentum pro lumbricis enecandis quando caliditas ſubeſt & febrilis calor coniunctus eſt, ex refrigerantibus, acidis & putredinem, inhibentibus.*

℞. Succi acetoſæ, portul. plantag. an. ℥. ii. ci, fol. mali perſici, ℥. j. ß. ſem. citri & portul. an. ʒ.

SCD Lyon 1

an.ʒ.ii. olei roſ.& citoniorum & nymphcæ, an.℥ j.ß.aceti,ʒ.ß.cum paucula cera, ducantur omnino in mortario & fiat in modum vnguenti quo inungatur regio ventris inferioris tepidè, ſero & mane longè à cibo aut à lactis ſuctu.

*Vnguentum pro vermibus enecandis quando caliditas febrilis adiuncta non eſt, ex amaris præcipue conſtans.*

℞ Succi, Tanaceti, ſucci abſynthii vulgaris & ſantonici,an.℥.ii. ſucci abrotoni,℥. j. ß.lupinorum.℥.ß.corr.c.rad.mori.ʒ.iii. ſpicæ nardi,ligni aloes,an.ʒ.j. Olei amydala.amararum,maſtichini, nardini, an.℥. j. ß. aceti, parum ceræ, q.ſ. ducantur omnia in mortario,fiat in modum vnguenti, quo inungatur regio inferioris ventris calidè aut tepidè ſero aut mane longè à cibo vel à ſuctu lactis. Ex hiſce autem vnguentis ſi ceræ modum inaugeas ad Emplaſtri conſiſtentiam formare poteris & ventri imponere vtile nonnunquam erit, vt diutius loco hæreant.

SCD Lyon 1

## CAPVT XXII.

### *De alui fluxu.*

IN alui fluxibus immoderatis reſtringendis ſingulare præſidium eſſe ſolet, cor veruecis ex animale recenter auulſum, & confeſtim calidum aut tepefactum in vas figulinum recondere & in profluuio alui ab humore acri immiſcere oportet aquæ roſaceæ ℥.iiii. Si verò ab humore frigido oboriatur malum, tranſpungere cordis ſubſtantiam vtile eſt cum gariophillis & aliquot fruſtulis Cinnamomi, deinde ceu quodam luto paſta obducere orificium vaſis & in clybano calido per horam relinquere donec ex corde innatus ſuccus eliciatur, deinde magni vſus erit ægrotanti per cochlearia parua ius illud in horas exhibere, nam & conſtringendi vim habet & ſpiritus diſſolutos ab immoderatis profluuiis inſtaurandi atque inaugendi, *non ob aliam cauſam præter quàm quod cordis ſubſtantia ex ſanguine craſſo eſt condita, ob id aſtringit & alui fluxum detinet Multoque magis ex permiſtione eorum quæ odore valent ſpirituum diſſipatam ſubſtantiam reficere Item remedium paratu facile eſt in profluuiis ventris immodicis puluerem mori fructus.* ad ʒ.j. ß. exhibere, cum aquæ roſaceæ ℥. ii. in affectibus calidis,

SCD Lyon 1

calidis, in affectibus autem frigidis cum vino ſtiptico ſubnigro & adſtringente.

*Electuarium molle in profluuiis alui immoderatis, præſertim in Cholera morbo, refrigerans, aſtringens, ac ſimul propter* κακοήθειαν *humoris omnem peſtilentem reprimens.*

℞ Conſeruæ roſ. antiquæ, Conſ. acetoſæ, & ſymphiti, an. ℥ j pul. trium ſantalorum, ʒ. j. ß. coralli rubri loti cum aqua roſ. & criſtalli, *contra communem feruorem valet infrænat & ſimul pernitioſo humori reſiſtit*, an. ʒ. j. ſem. Citri, *vt ſit alexiterium humoris maligni*, ʒ. ß. cum ſyrupo conſeruationis Myrabolanorum conditorum, q. ß fiat in modum Opiatæ, de qua capiat ad quâtitatem nucis comeſtibilis mane aut ſero tribus horis ante cibum ſuperbibendo parum aquæ roſ. & acetoſæ.

*Electuarium molle in immoderatis alui profluuiis, calfaciens, aſtringens & ſpirituum ſubſtantiam inaugens.*

℞. Cort. Citri cum ſaccharo conditi,

SCD Lyon 1

Conſeru. rad. Bugloſſ. *vt ſpiritus diſſolutos inſtaurare valeat*, an. ℥ j. Carnium Cytoniorum cum ſaccharo conditorum, *ad ſaporis gratiam & ad aſtringendum*, ℥. ſ. pulu. aromat. roſati, ʒ. ii. cum ſyrupo conſ. cortic. citri, fiat in modum opiatæ, de qua ſumat ad quantitatem nuciscomeſtibilis, mane aut ſero tribus horis ante cibum ſuperbibendo parum vini ſtiptici diluti cum aqua Borraginis.

## CAPVT XXIII.

### *Cataplaſma in dyſenteria quando morſus in ventre & vellicatio magnopere infeſtare ſolent, refrigerans, reprimens morſum & ſedans dolorem.*

℞. Succi plantag. ſucci portulac. ſucci ſymphiti, an. ℥. iii. Mucaginis, ſem. pſilii. extractæ cum aqua roſ. ℥. j. ſ. farinæ orizæ, ℥. j. pulu. florum Chamæmeli & roſ. rub. an. ʒ. ii. Olei roſ. omphacini, q. ſ. Miſce, fiat in modum cataplaſmatis addendo ſucci cytoniorum, quando illorum oppor-

SCD Lyon 1

opportunitas viger, ℥.ii.admoueatur ventri inferiori frigide ſi dies ſunt caniculares & ſummus ardor, ſin minus tepidè.

### *Cataplaſma in immoderatis alui fluxionibus ab humore frigido calefaciens, aſtringens & dolorem ſedans.*

℞.Succi mentæ, ſucci ſaluiæ & maioranæ, an.℥.iii.ſucci ſerpilli,℥.ii. farinæ ſeminis Nigellę, *potenter enim ſiccat & aſtringit*, ℥ j.ſ.ſpicæ nardi, galangæ craſſæ, an. ʒ. ii. pulu. flor. Chamæmeli, ʒ.iii. Olei omphacini, olei maſtiches. q. ſ. fiat in modum cataplaſmatis quod imponatur ſupra regionem ventris inferioris.

Item illitus & vnguenta commodè parari poſſunt, ſimili modo, vt in affectibus ventriculi ſiue calidis, ſiue frigidis antea dictum fuit, & ad dolorem ſedandum opportunum ſemper erit addere ab ℥.j. ad ℥ ii. Olei Chamæmeli, quod vtriſque affectibus propter facultatem temperatam conuenire poterit. Quando in dyſenteria & in teneſmo ob doloris acerbitatem ac fluxionem excitet & vlcus inaugeat,

SCD Lyon 1

interdum contingit enemata non retineri, ideo alio præſidij genere moliendum eſt, vt alui fluxum reſtringas, nimirum halitu excepto ex trochiſcis, quorum forma eiuſmodi eſt.

*Trochiſci in dyſenteria, teneſmo à materia calida, refrigerantes, aſtringentes.*

℞. Balauſtior. pſidiæ, baccar. myrthi granorum ſumach. an. ℥. ſ. Boli armenic. terræ ſigillatæ, ſanguinis draconis. an. ʒ. ij. gummi tragacanthi diſſoluti in aqua roſarum, q. ſ. fiant trochiſci, qui in cathedra perforata carbonibus ignitis iniiciantur in ignem, inde ægrotus per ſedem halitum excipiat.

## CAPVT XXIV.

*Fotus pro colicis doloribus ex materia calida, moderatè refrigerans & ſedans dolorem, nec non modicè calfaciens propter flatus, qui ſemper coniuncti ſunt in omni colico dolore.*

℞. fol.

SCD Lyon 1

♃. fol. plantag. m.j. flor. Chamæmeli & Meliloti, an. p.ii. ſem. lini. ℥ ß. *tametſi calefaciat, nihilominus humiditate leniente dolores acres ſedat & mitigat.* Miſce, fiat decoctio in quantitate aquæ ſufficienti qua foueatur locus doloris tepidè ſero & mane, longè à cibo, deinde inungatur oleis ſequentibus.

♃. Olei Chamæmel. olei viol. an. ℥. iiii. Miſce, fiat vt dictum eſt, *tametſi quidam tam audaces fuerint, interdum cum fœlici quodam euentu in doloris colici tormento acerbiori à materia calida pro bile æruginoſa, quæ illius mali, vt plurimum cauſa exiſtit, ſuccum ſemperuiui ſupra coli inteſtini circuitum in ventre inferiori admouere non ſine periculo.*

### *Fotus in colico dolore à materia frigida & flatibus recalfaciens, diſcutiens flatus & ſedans dolorem.*

♃. Origani, calamenti, pulegii, an. m. j. flor. Chamæmeli & Meliloti, an. p.ii. florum roriſmarin. p.j. ſeminis lini & fœnugræc. an. ℥. ß. ſem. aniſi, fœniculi, cumini, an. ʒ. ii. fiat decoctio in aquæ ſufficienti quantitate, qua foueatur locus doloris cum ſpongia



SCD Lyon 1

molli vel filtro ſero & mane longè à cibo, deinde inungatur oleis ſequentibus.

℞. Olei de lilio, Chamæmelini & amygdalarum dulcium, an. ℥.j.ß. Miſce, fiat vt dictum eſt, ſed ad reprimendum acrem humorem & corroborandas partes naturales ex vſu erit, vt ſumat de electuario ſequenti.

℞. Electuar. diarhod. abb. ℥.j. ſumat teſſellam vnam, mane & ſero tribus horis ante cibum.

*Verum ad flatus diſcutiendos & humorem frigidum edomandum, vtile erit ſequens remedium.*

℞. Diacumini vel electuar. aromatici roſati, ℥.j. ſumat tabulam vnam, mane & ſero tribus horis ante cibum, ex vſu magis erit in Electuario molli dare, & ex confectione ſequenti.

℞. Confect. aromatici roſati in modum opiatæ ex deſcriptione Gabrielis, ℥ ii. ſumat ad quantitatem nucis comeſtibilis, mane & ſero tribus horis ante cibum, ſuperbibendo parum vini maluatici, ſi non ſit in promptu alterius vini generoſi.

*Lotio*

SCD Lyon 1

*Lotio & balnei vice præſidium in teneſmo à materia calida, refrigerans, aſtringens & nonnihil dolorem ſedans.*

℞. fol. plantag. & verbaſci, añ. m. ii. Balauſtiorum & roſarum rub. an. m. j. baccar. & fol. myrthi, an. ℥. ij. *& ad dolorem ſedandum,* flor. Chamæmeli, p. ij. fiat decoctio qua lauentur crura & femora pecten & lumbi, deinde inungantur oleo ſequenti.

℞. Succi plantag. depurati, ℥. iiii. Muccaginis ſeminis pſilii extractæ cum aqua roſ. ℥. v. ceræ candidæ, q ß. fiat in modum vnguenti quo inungantur partes, vt in Balneo dictum fuit.

*Lotio & Balnei vice, præſidium in teneſmo à materia frigida calefaciens, & nonnihil abſtergens & materiam ſubmouens.*

℞. Origani, fol. lauri, calamintæ, an. m. j. flor. roriſmarin. Chamæmel. meliloti & anethi, an. p. ii. calami aromatici, ℥. ß. fiat decoctio in duabus partibus aquæ & vna



SCD Lyon 1

vini qua lauentur crura & femora, pecten & lumbi, deinde vngantur oleis ſequentibus.

℞. Olei nardini, maſtichini & irini, *vt penetret materiam craſſam & diſſecare valeat, vt in halitum diſſoluatur*, an.℥.ii. Miſce, fiat vt dictum eſt.

## *Fotus aſtringens in procidentia ani.*

℞. fol.& Baccar. Myrthi, ſumach an.m.j. Balauſt.pſidiæ, an.℥.ii fol.verbaſci, m.ß. hypociſtidos, ℥.j. fiat decoctio in vino aſtringenti qua foueatur anus tepidè.

℞. Antimonii pulueriſ. plumbi vſti & loti cum aqua plantag. an ℥.j. pulu. oſſium dactilor.& roſar.rubr. an. ℥.ß.pulu. Cornu cerui vſti,ʒ.ii. Miſce, & fiat puluis quo reſpergatur extremitas inteſtini recti prolapſi.

## CAPVT XXIV.

## *De hæmorroidibus.*

Haemorroides, id eſt, venę quę ad anum deſinunt, quibus ſanguis fluere per circuitus conſueuerat, ſi reſtringatur illa euacuatio, danda erit opera, vt quibuſdam

aſſum-

SCD Lyon 1

aſſumptis & admotis,adaperiantur. Ergo ſic parentur catapotia fluxum hæmorroidum promouentia.

℞. Aloes, Myrrhæ, an. ℥.j. pulu. rubiæ tinctorum, radic. aſati, Cinnamomi electi, an. ℈.j. cum aqua rubiæ tinctorum, formentur pillulæ ſex pro drachma, capiat mane tres in aurora, quatuor aut quinque horis ante cibum ſemel aut bis in hebdomada addendo croci ℈. ß. Adhæc animaduertendum ad eoſdem vſus efficaces eſſe pillulas Ruffi, eodem modo aſſumptas continuando vſum: ſequuntur catapotia, quæ in fluxu immodico hęmorroidum purgant humorem noxium & aſtringunt.

℞. Maſſæ pillul. è bdellio, ℥.ii. aut iii. ſumat in aurora quatuor aut quinque horis ante cibum: exterius autem adhiberi poterunt, quæ venas ani adaperiunt, & ſanguinis fluxum opportunè mouent, vt hirudines, prius tamen confricato ano admoueantur & tamdiu maneant, donec bene ſaturatæ appareant, & ſufficientem ſanguinis quantitatem eduxerint. Ad id plurimum confert folium ficuum aſperum ſedi admotum, quo infricare oportet venas, vt inde ſanguis effluat, vel foliis nepetæ quæ & calore adaperiunt & reſerant & villis quibuſdam ceu



SCD Lyon 1

aculeis perpungunt, & ſimiliter foliis Borrag propter villos ſanguinem è venis ani ad effluxionem irritare valent, citra vllam moleſtiam. Addas licet ſuccum ceparum plurimum valere, vel glandem ſubditam, quæ calefacit, tenuat, aperit, trahit & ſanguinem fundit hoc modo.

℞. Succi ceparum bene acrium, ℥.iii. pul. rad. ciclaminis & rubiæ tinctorum, an. ʒ.iii. Euphorbii, ℈.j. Croci, ℈.ß. ſaponis albi, q.ß. fiant glandes iuſtæ magnitudinis quæ ano ſubiiciantur. Si verò ex acrimonia dolor quidam contingat poteris illinire linimento ſequenti.

℞. Muccaginis ſeminis altheæ extractæ cum aqua roſ. ℥.ii. pulu. gummi tragacanthi, ʒ.ii. albuminum ouorum, numero ii. Olei roſacei parum. Miſce, fiat in modum linimenti, de quo fiat vt dictum eſt. Idipſum nonnunquam ad dolorem mitigandum conferre poteſt, quando hæmorrhoides ſunt tumefactæ, & ſanies quædam virulenta præ redundantia effluere incipit, tunc hoc remedii genus apponere optunum eſt.



SCD Lyon 1

## CAPVT XXV.

### De Nephritico dolore.

NEphritica vocata medicamenta, ex Gal. lib. de compoſ. med. ſecũdum partes in duplici genere ſunt collocata; quędam laborantibus calculo accommodantur, alia verò renum inflammationibus & vlceribus in genere comprehenduntur, quin etiam affectibus veſicæ perſanandis accommodantur. Hæc verò ipſa medicamenta, inflammationibus & vlceribus renum & veſicæ vſurpanda conſtare debent ex mitigatoriis medicamentis, & vt ad vias vrinæ deduci valeant miſcenda diuretica, id eſt, vrinas mouentia. Quæ verò calculos frangunt & comminuunt, incidendi & abſtergendi vi prædita & manifeſto calore valere debent, ob id amara in primis neceſſaria eſſe dicuntur. Nec ex toto calida & acria addenda, nam quod tenue eſt diſſoluunt, reliquum verò tophi modo impingunt, ob id calculum augent & cogunt. Cæterùm plurima ſunt medicamenta, quæ inſita facultate idipſum potius efficere videntur quam vlla euidenti qualitate, vt lapis ſpõgiæ, rad. nymph. cũ tamen plãta ſit frigida ex effectu probatũ eſt & exploratũ, non modo calculos renum,



SCD Lyon 1

ſed etiam veſicæ ampliores excutere, ſic etiam in eorum numero collocantur quæcumque verrucas tollunt & excidunt. Boni & experti medici aiunt intus aſſumpta medicamenta calculos frangere & comminuere poſſe, vti portulacam & ſuccum portulacæ exhibitum, præſertim ex illius aciditate, tametſi perſpicua ſua facultate refrigerandi ſpiſſandique vi polleat. Si quis vero ſaporem eius acidum diligenter examinarit, tenuandi & incidendi facultate calculos frangere comperiet. Addas licet non minimum iuuare calculorum excretionem, quæ leniendo lubricant; partes enim exaſperatas ex ſabulonibus abluunt, & eaſdem præparant, vt facilius arenulas & calculos minores, & eorum fragmenta expellant, vti decoctum fructuum dulcium paſſularum, iuiubarum, ſebeſten & caricarum pinguium. Inter hæc addas oleum amygdalarum dulcium. Verùm ex altero euentu id fieri credibile eſt, vt oleum lubricando calculi expulſionem promoueat, vnde noſtræ obſtetrices, poſt partum, dum ſecundæ non ſunt excretæ, olei paucam exhibent quantitatem, ex qua confeſtim, vel paulo poſt, ſecundas expelli ceu quodam miraculo obſeruare poteris. Quamobrem oleum oliuarum dulce, & amygdalarum dulcium. ad ℥. ij. cum

SCD Lyon 1

ii.cum vini albi ℥.iiii. mane tribus horis ante cibum epotum ad præcautionem bis aut ter in hebdomade;& ad curationem in inſultu & doloris tormento calculi expulſionem non ſolum iuuat; ſed etiam alia ratione proficere videtur, nimirum, quia relaxat ventriculum, idcirco ad vomitum impellit, ex quo multa pituitoſa & cruda reiiciuntur, hinc leuamen detracta nimirum pituitoſa materia, quæ in calculi generationem abire ſolebat.Porro calculi renum, quia & minores & locus in propinquo eſt, vt vis medicamenti ex toto non diſſoluatur, egent clementioribus & mitioribus medicamentis vel ſolum lenientibus, vel ex amaris, vel ex iis duobus inuicem mixtis non alioqui acutioribus & incidendi facultate vehementiore præditis. In veſica autem molliendum eſt atque peragendum aliter, quia grandiores calculi & ampliores cum ſint, nullis ferè cedunt remediis & chirurgi manum potius efflagitant quàm vt indigeant præſidiis; aut ne oleum & operam perdas, quia locus diſſitus eſt à viis communibus& longius exporrigitur, tentanda ſunt medicamenta calculos frangentia & comminuentia quæ & acrimonia & incidendi & extenuandi facultate polleant.In ſumma calculis renum & veſicæ minoribus atterendis auxiliatur ſemen iuni-

SCD Lyon 1

peri ad ℥.ß. cum vini albi ℥.iiii. exhibitum ac puluis elaphoboſci, auriculam leporis vulgo vocant, eodem modo cum vino albo potus magni vſus eſſe ſolet, vel pabulum cerui, vel ophioctonon quo cerui aduerſus ſerpentes ſe armant.

## Capvt XXVI.

*Potio quæ in doloris inſultu, modo antea præceſſerint vniuerſales purgationes, & ſaltem alui lenitio, calculum frangens & comminuens.*

℞. Syrup. cap. & viol. an. ℥.j. oximellis ſcillitici. ℥.ß. ocreæ luteæ puriſſimæ, pulu. diamargarit. frigid. *ſi leuamen præſtare voles quando de illarum excoriatione partium pertimeſcis, vel ab vſu horum medicamentorum, vel à morbi materia,* an. ʒ ß. pul. Lytontri. ℈ j. *& quando calculus grandis eſt in renibus, & præcipuè in veſica* pulu. ſcorpionum præparati, ℈ ß. aquæ Beton. & capill. ven. an. q. ß. Miſce, fiat potio quam ſumat mane vel ſero tribus aut quatuor horis ante cibum.

*Alia*

SCD Lyon 1

*Alia potio calculum veſicæ frangens, qui vehementioribus eget præſidiis.*

℞. pulu. Lytontr.& rad.nympheæ,an.ʒ. ß.ſanguinis hirci præparati & puluer.ſcorp. præp.an. ℈. j.aquæ decoctionis graminis & cicerum rubr. ℥.iiii. Miſce, fiat potio quæ exhibeatur mane aut ſero,longè à cibo aluo antea expurgata per enemata emollientia.

*Electuarium molle ad præcautionem & curationem calculi, vrinæ vias exaſperatas leniens,abſtergens,& nonnihil paruos calculos frangens.*

℞. pulpæ caſſiæ recenter extractæ ſub fumo decoctionis, ſeminis altheæ & ſeminis aniſi, pulpæ paſſularum bene pinguium & dulcium, pulpæ ſebeſten, an.℥.j. puluer. diamargar.frigid. & glycirr. an. ʒ.ii. ocreæ luteæ & puriſſimæ ʒ.j.ß. pulu.Lytontr. ʒ j. Syrup.cap.ven.& viol.an. q.ß. Miſce, fiat in modum opiatæ, de quo capiat ad quantitatem nucis comeſtibilis, mane tribus horis ante cibum ſuperbibendo parum vini albi diluti cum aqua graminis & Beton. alternis diebus aut ter in hebdom. Item therebentina ſola exhibita ad expurgandas

SCD Lyon 1

vrinæ vias & eaſdem dilatandas plurimum auxiliatur nephriticis &, calculo laborantibus, hoc modo.

℞. Therebentinæ abietis vt magis apertas vias & calculi generationem inhibeas incidendo & tenuando lentam viſcidamque materiam cum aqua Alkekengi diligenter lotæ, vt magis lenias refrigerando cum aqua violacea, & vt calorem reprimas ne therebentina ſuo calore nimis aperiendo & dilatando vias promptiores reddat ad influxum craſſi humoris vel ſabulonum in venis congeſtorum cum aquis roſ. æſtate præſertim, in humore calido, & quibus renes calidi ſunt, inflammationiſque ſuſpicio inſtat, ℥.ii. ſumat. ʒ.ii. per bolos paruos vel cum nebulis ſemel in hebdomade quatuor horis ante cibum, vel hoc modo.

*Electuarium molle ex therebentina cum aliis medicamentis mixta expurgans, vias vrinæ aperiens & dilatans, & nonnihil calculos frangens atque comminuens.*

℞. Therebent. abietis, *eodem modo lota pro variis ſcopis, vt ante monuimus,* ℥ ii. puln. ſacchari candi, ℥.j. pulu. glycirrhizæ & diatragac.

SCD Lyon 1

trocag frig. an. ʒ. ii. Miſceantur ſimul, vſui reſeruetur, ſumat ℥. ß. per bolos paruos ſuperbibendo parum vini albi diluti, cum aqua graminis, Beton. aut capil. ven. mane, quatuor horis ante cibum ſemel in hebdomade, nonnunquam etiam ex vſu erit puluerem Lytontripon. ad ʒ. ii. ſumere cum decoctione cicerum rub. de mane vt ſupra, vel hoc modo.

*Puluis calculos comminuens, aperiens & extenuans craſſos humores in renibus & veſica.*

℞. fol. auriculæ leporis, pimp. cap. ven. Beton. an. ʒ. ii. radicis nymphea graminis an. ʒ. ii. pulueris auis caudæ tremulæ ex aſſatæ in clibano, an. ℥. ß. ſem. ſeſeleos & liguſtiſtici, an. ʒ. j. ſacchari candi ad pondus omniũ. miſce, fiat puluis ſecundùm artem, de quo ſuperbibendo parum vini albi, vel diſſoluendo cum decoctione cicerum rub. mane vt ſupra bis aut ter in hebdomade.

## CAPVT XXVII.

IN iis quibus vrina propter calculum, vel propter obſtructionem ab humore craſſo & lento ſupprimitur, vel ab alia

SCD Lyon 1

cauſa præter naturam: pro topico præſidio mirificè ſuccurrit Raphanus ceu radicula excauata, & croci puluere adſperſa intus illita oleo ſcorpionum virga intro poſita, adeo vt breui ſpatio detenta non modo vrinam proliciat, ſed etiam calculos exiguos trahendo, vt expellantur non mediocriter iuuat. Addas licet infame remedium ex pediculis ad vrinæ ſuppreſſionem, vt interdum comperi, qui ſupra ad extremum veretrum ponantur, vt pruritu dolorem moueant, ex quo vrina ad locum affectum tandem impetu quodam ruat, & vrinæ excernendi ſenſum ceu obtuſum impellat atque excitet. Ad calculi excretionem promouendam, balneum emolliens & relaxans plurimum conferre ſolet, ſi modo æger ſine virium inſigni reſolutione idipſum ingredi valeat.

*Balneum pro calculo excernendo emolliens, relaxans, aperiens, & meatus dilatans.*

℞. Malu. altheæ cum radic. Branc. vrſ. pariet. an. m. iii. flor. meliloti & Chamæmel. an. p. ii. ſeminis lini & fœnugræci, an ℥. ii. fiat decoctio pro balneo quod ingrediatur,

SCD Lyon 1

tur, tepidè ſero & mane longè à cibo, in eo tamdiu immoretur, vt non ſudet eum moleſtia, ſed ſolum deſideat in balnei aqua ab vmbilico infra pedes vſque, ſe probè abſtergendo, deinde inungatur regio renum & veſicæ ſi ſit calculus in ea parte, vt excuti facilius poſſit his medicamentis, videlicet vnguento ſequenti.

*Vnguentum laxans, aperiens, dilatans, vias leniens, cum caliditate calculi excretionem promouens.*

℞. Olei amygdal. dulc. Chamæm. anethi, an. ℥. ii. Olei ſcorp. ℥. j. ß. butyri recentis, ℥ j. axungiæ cuniculi, ʒ. vj. ſucci parietariæ, ℥. ß. therebentinæ abietis lotæ in vino albo q. ß. Ceræ parum, fiat in modum vnguenti, quo inungatur regio renum & pubis, quando in ea parte dolor eſt à calculo, tepidè ſero & mane à cibo, modo nulla ſit caliditas in illis partibus, inflammationis & ardoris coniectura non leuis, quia hæc ipſa medicamenta calidiora inflammationem augerent, alioqui oleis temperato calore lenientibus & frigiditate quadam præditis illitus parandus eſſet, hoc modo.

SCD Lyon 1

*Illitus pro calculo renum & veſicæ, in quo inflammatio & ardor coniuncta ſunt leniens & nonnihil refrigerans.*

℞. Olei viol. nympheæ & amygdal. dul. an. ℥. ii. ß. Caphur ℈. j. Miſceantur ſimul, & fiat in modum linimenti quo inungatur regio renum, vel hoc modo.

℞. Vnguenti albi Galeni refrigerantis, ℥. iii. olei nymph. & viol. an. ℥. ii. Miſce, fiat in modum vnguenti ſatis liquidi addendo caphuræ, ℈. j. inungatur regio renum & veſicæ, hyeme calide actu, æſtate frigidè ſero & mane longè à cibo.

In ardore vrinæ aſſumptis & admotis ex vſu erit vti medicamentis frigidis lenientibus & nonnunquam abſtergentibus.

*Electuarium ſolidum, refrigerans, aſtringens in ardore vrinæ.*

℞. Santalorum alborum & rub. an. ʒ. j. ß. ſacchari ſolidi in aqua roſar. & ſemperuiui diſſoluti, fiat electuarium in teſſellis ponderantibus, ʒ. iii. Capiat teſſellam vnam, mane tribus horis ante cibum ſuperbibendo parum aquæ endiuiæ.

℞. Conſ. roſ. flor. nymph. & Cichorii, an. ℥. j. ß. ſem. acetoſæ, portul. & End. an. ʒ. j. omnium

SCD Lyon 1

ʒ.omnium ſantalorum,ʒ.j.ß. Trochiſcorum de Caphura,ʒ.j. cum Syru.de viol.& de Berberis, fiat in modum opiatæ de qua ſumat ad quantitatem nucis comeſtibilis mane tribus horis ante cibum ſuperbibendo parum aquæ End.alternis diebus.

*Muccago cum decoctione excipienda quæ multum refrigerat in ardore vrinæ.*

℞.Sem.altheæ, maluæ bombacis, an.ʒ.j. gummi tragacanthi,ʒ.iii.infundãtur in decocto ſeminis altheæ aut ſeminis papau.albi & granor.Alkekengi, vt ad vias vrinæ deducat, fiat muccago de qua ſumat ℥.j.ß. aut ii. cum prædicta decoctione vel hordei & glycirr. mane tribus horis ante cibum continuando per quinque aut ſex dies.

℞. Oleorum nymph. viol. & roſarum omphacini, an.℥.j.ß. Muccaginis ſeminis pſilii extractæ, cum aqua roſar.℥.j. albuminum ouorum numero ii. agitentur omnia, addendo Caphuræ. ℈.j. Miſceantur ſimul, fiat in modum linimenti quo illinatur regio renum, pubis & veretri frigidè ſero & mane longè à cibo: vel cum ſyringa iniiciatur intra virgam lac ouillum



SCD Lyon 1

acidum, à quo fuerit extractum Butirum cum mucagine pſilii. In vlceribus autem renum & veſicæ ex vſu erit modo ventriculus adeo infirmus non ſit & nulla febris putrida comes, lac caprillũ recentèr emulctum, ℥. vj. cum pul. ſacchari rub. aut roſ. ad ℥. ii. Mane, quatuor horis ante cibum ebibendum dare continuando per vnam aut alteram hebdomodam vere & autumno potiſſimum.

*Electuarium molle leniens, abſtergens & nonnihil laxans in vlceribus renum & veſicæ.*

℞. Caſſiæ recenter à canna extractæ, pulpæ iebeſten & pulpæ granorum berberis, an. ℥ j. pul. glycirr. & caudæ equinæ, an. ʒ. iii. pul. Cicadar. ʒ. ii. *non modo doloribus veſicæ ſuccurrunt, ſed etiam renum*, cum Syr. cap. ven. & viol. an. q. ſ. Miſce, fiat in modum opiatæ, de qua ſumat ad quantitatem nucis comeſtibilis, mane tribus horis ante cibum ſuperbib. parum aquæ decoctionis glycir. & radicis altheæ.

*Puluis in vlceribus renum & veſicæ abſtergens & leniens.*

℞. Caudæ Equinæ, ℥. ß. pul. glycirr. ʒ. iii. cicadarum, ʒ. ii. quatuor ſem. frig. mai.



SCD Lyon 1

minutim cõtuſorum, an ʒ. j. ß. ſacchari candi ad pondus omnium. Miſce, fiat puluis de quo ſumat, mane tribus horis ante cibum ad ℥ ß. ſuperbibendo parum aquæ decoctionis hordei glycirr. paſſul. vel diſſol. in dicta decoctione alternis diebus.

Item danda erit opera, vt per ſyringam, fiat iniectio ex trochiſcis Gordonii qui abſtergunt, leniunt, glutinant, adeo vt omnes ſanationis ſcopos contineant, qui neceſſarii erunt, in omni tempore vlceris.

℞. Quatuor ſemin. frigid. maior. ſem. papau. albi, maluæ, bombacis, portul. Cytoniorum, baccar. Myrthi, gummi tragac. gummi arabic. pinear. mundatar. piſtaciorum, penidiar. recentium, glycirr. mundæ, an ʒ. ij. boli Armeni, ſang. dracon. ſpodii, roſar. myrrhæ, an. ℥. ß. excipiãtur cum hydromelite ſimplici, & ad leniendum cum decoctione hordei, paſſularum & iuiubarum ad glutinandum, leniendum, cum lacte ouillo, fiat iniectio ſemel aut bis in die, mane aut ſero continuando donec de vlceris ſanatione indicium tibi erit.

## Capvt XXVIII.

### De vtero.

IN vtero poſt vniuerſalem purgationem varia medicamentorum genera commendantur pro eius affectibus, vt ſtrangulatu



SCD Lyon 1

vteri, difficili partu, conceptu iuuando, ſuppreſſione menſium & fluore nimio muliebri. Itaque medicamenta hiſterica quamuis antea à nobis fuerint definita, bene olentia inprimis vtero familiaria eſſe, quod iiſce magnopere oblectetur, peculiari quadam dote; è contrario grauiter olentia & fœtida, infeſta; tamen ex quadam conſequutione ſtrangulatiui vteri fiunt accommodata. Verùm in ſumma hoc loco pronuntiare poteris medicamenta calida in vtero eſſe vſurpanda, quia plerumque frigidis tentatur affectibus, & cum multorum recrementorum colluuie impurum reddatur, amara erunt determinata. Idcirco Artemeſia, Matricaria, Nepeta, Sabina & conſimilia vtero ſunt accommodata, quia vterum calefaciunt & omnem impuritatem amarore ſuo expurgant, paululum acria interdum adhibenda, non quæ hac qualitate vincant, nam vterum vellicarent, hinc acetum illi parti aduerſiſſimum eſt, eo tantum ſcopo vt paululum acria & tenuium partium cum amarore menſes ſuppreſſos ducere valeant. In ſtrangulatu vteri vt tanquam ſemimortuas excitare valeas, tritum & paratum eſt remedium halitum parare, & nidorem ex pennis perdicis, linteolis corii portiuncula

vt

SCD Lyon 1

vt nidorem excipiat mulier; aſſa fætida, caſtoreum naribus è propinquo admota ſuo graui odore vterus refugit: ne ſuffocatio opprimat ſingulare & præſtantiſſimum eſt remedium, oleum ex gagate confectum, non modo naribus obiectum, ſed etiam circa vmbilicum illitum mirificè ſuccurrit, calore ſuo, materiam craſſam & vaporem digerit qui halitu tetro furtim commeat ad cerebrum, eodem modo vt reliqua graueolentia auxiliatur; item eo tempore quo hoc diuexantur pathemate zybeti, ℥.j. aut ij. intra collum vteri imponere cum bombace magni vſus erit, vt vterus odoris ſuauitate retrahatur, & ſubinde magis calore aromatico diſcutiat omnem vaporem craſſum, huius mali præcipuam cauſam, vel fiat ſuffitus ſequens de aromaticis calidis vterum recreantibus vaporem & humorem craſſum diſcutientibus in ſtrangulatu vteri.

℞. Caſſ. ligneæ, Cinnamomi, an. ℥. ij. aloes, thuris, an. ℥.j.ß. lauendulæ, ℥.j galliæ moſchatæ, aliptæ moſchatæ, an. ℈. j. incorporentur, cum ſtyrace liquida & fiant trochiſci ſimiles lupinis, quorum vnus ponatur ſuper carbones accenſos, & per traiectorium ſiue infundibulum ſuffitum intra vterum excipiat.



SCD Lyon 1

*Illitus in ſtrangulatu vteri, quo infricari poterit, intra vterum, calefaciens, & digerens.*

℞ Olei nard. ℥ j. olei iriñi & de lilio, an. ℥. j. Miſceantur, in quibus diſſoluatur galliæ moſchatæ, ʒ. j. quibus obſtetrix experta inunctis duobus digitis fricet os vteri & totum collum ſæpius.

*Emplaſtrum pro ſtrangulatu vteri, calfaciens & digerens, molliens & flatus diſcutiens.*

℞. Maſſæ Empl. cheronei, maſſæ Emplaſt. pro matrice, an. ℥. j. oppopãicis, galbani, ammoniaci, an. ʒ. ii. gummi diſſoluantur, in vino miſceantur ſuper alutam, formetur emplaſt. rotundum & admoueatur inter vmbilicum & pectinem.

*Catapotia item exhibenda quæ ſenſim ducant pituitam & corroborent ventriculum & vterum.*

℞. Maſſ. pillul. de hiera ſimpl. ʒ. ii. agarici recenter trochiſcati, ʒ. j. cum ſucco artemiſiæ, formetur pillularum maſſa, de qua ſumat tres aut quinque iuſtæ magnitudinis, poſt

primum

SCD Lyon 1

primum ſomnum cum bono vitæ regimine reliquum ſeruetur in vſum.

## CAPVT XXIX.

EXtra vteri ſtrangulatum ad præcautionem ſemel in hebdomade pro diuitibus aliquot grana moſchi pręſcribere poteris, vel parare iubeas efficaciſſimas pillulas de Moſcho à Mõtagnana deſcriptas. In vſu item erit in eo pathemate perſanando enematibus vti calfacientibus, flatus diſcutientibus & pituitam vacuantibus, ex hiera picra Galeni & benedicta laxatiua, horum ſingulorum, ad ℥. ß. ex typo ante præſcripto enematum. Ad corroborandum verò vterum, hoc electuarium molle exhibendum erit, calfaciens, diſcutiens, corroborans vterum & ventriculum.

℞. Confect. aromatici roſati in modum Opiatæ ex deſcriptione Gabrielis, confectionis de Cinnamomo, an. ℥. j. Cape ad quantitatem nucis comeſtibilis, mane & ſero tribus horis ante cibum ſuper bibendo parum generoſi vini. Cæterùm quando ex hoc morbo mulieres exolutæ ſunt, & vires multum deiectæ, potione cardiaca & hyſterica ſuccurrendum erit.



SCD Lyon 1

*Potio cardiaca & hyſterica recalfaciens corroborans & ſpirituum ſubſtantiam inaugens.*

℞. Syr. de artemeſia, Syr. de pomis bene olentibus, an. ℥. j. confect. Alkerm. ʒ j. ſi autem ſit quidam vapor pernitioſus ſimul corroborando calefacere oportet, addere poteris theriacæ antiquæ & probatæ, ℈. j. aquarum Borrag. abſynth. an. q ß. Miſce, fiat potio quam ſumat nullo præcedente vel ſequente cibo potu-ve tres horas ante cibum. *Animaduertendum erit interdum calorem quendam accedere & febrem nocturnam coniunctam eſſe, ob id caue ne ſis nimis audax in continuatu horum medicamẽtorum calidorum, ſed eum interponas & dictorum calidorum doſim minuas, addere poteris* pul. diarrhod. abb. diamarg. frig. an. ʒ. ß. *ad caliditatem reprimendum in potione ante præſcripta minuendo doſim confectionis Alkermes & cum theriaca præſcribere, ad* ℈ j.

*Pillulæ de Moſcho, purgando & corroborando vtero efficaciſſimæ ſunt in ſtrangulatu vteri ad ſanguinem menſtruum etiam prouocandum & conceptum iuuandum.*

℞. Se-

SCD Lyon 1

℞. Seſeleos, rad. rub. tinctorũ, pulegii, mediani corticis caſſiæ fiſtulæ, medullæ granorum pœoniæ, calami aromatici, an. ʒ. iii. Moſchi electi, ℈. j. ſpicæ nardi, ℈. ii. fiat pillularum maſſa cum ſucco artemiſiæ, *quando vero ſolutiuas efficere volueris, addes aloes non lotæ, ſi lenius purgare oporteat lotæ,* ʒ. ii. *doſis erit* ʒ. j. *aut* ℈ iiii. *ſemel in hebdomade poſt mediam noctem vel in aurora prima luce oriẽte, interim tamen caue ne eo tempore exhibeas quo eſt fluxus menſtruus, & ſi febris aliqua ſit coniuncta. Zedoaria in ore detenta inſultum ſtrangulatus vteri impedit, vel manſa vel deuorata.*

℞. Conſ. flor. roriſmar. & confectionis Cinam. à Nicolao deſcriptæ, an. ℥. j. conſ. rad. Zinziberis & corticis citri cum ſaccharo conditi, conſeru. rad. Eringiorum, an. ℥. ß. rad. Bautiæ & ſeminis eiuſdem, an. ʒ. iii. fiſticorum & pineatum mundatarum an. ʒ ii. renum ſtyncorum, ʒ. j. ß. pul. diamoſchi & diambræ, an. ℈. ii. cum ſyrupo conſeruationis corticis citri aut rad. zinziberis. an. q. ß. Miſce, fiat in modum opiatæ de qua ſumat ad quantitatem nucis comeſtibilis, mane tribus horis ante cibum ſuperbibendo parum vini maluatici vel vini rubri clari diluti cum aqua Borrag. *Cæterùm animaduertere oportet hoc electuarium molle*

SCD Lyon 1

*conferre illis ipſis mulieribus tantùm quibus conceptus impeditur à frigida intemperie totius & vteri quando abundant multis mucoſis excrementis, quæ ſeminis vim extinguunt & illos ad venerem & concubitus hebetes reddunt, quando vero ab intemperie calida mixta vel ichoribus acribus malum pendere ſolet, ex vſu erit minuere doſim horum calidorum & puluerem diarrhod. abb. triaſantali & diamarg. frig. horum ſingulorum, ad ʒ. ij. adijcere raſuræ Eboris, ʒ. j. ß.*

## *Electuarium ſolidum conceptionem iuuans, & menſes promouens.*

℞. pul. diamoſchi dulcis & diambræ, an. ʒ. j. interioris Cynnamomi electi, ʒ. ii. linguæ auis, id eſt, ſeminis fraxini & ſeminis ſeſeleos, an. ʒ. j. redigantur in puluerem, qui poſtea excipitur cum ſaccharo diſſoluto in aquis artemeſiæ, & Borrag. an q. ß. Miſce, fiat in modum electuarii in tabulis ponderantibus, ʒ. iii. ſumat tabulam vnam, mane tribus horis ante cibum ſuperbibendo parum vini diluti, cum aqua Borraginis alternis diebus. Si ex caliditate mali cauſa exiſtat vtatur electuario diarrh. abb. eodem modo, vt dictum eſt.

Catapo-

SCD Lyon 1

*Catapotia quæ roborant, ventriculum, vteri conceptum promouent.*

℞. Maſſę pillul. Elephanginarum, ʒ.ii. Caſſiæ ligneæ, linguæ auis, ſeminis ſeſeleos, an. ℈.j. Quando mēſes mouere expediet rad. Azari, ℈.ii. cum aqua arthemiſiæ & abſynthii formentur pillulæ vi. pro drachma, capiat tres per horam ante cibum ſemel aut bis in hebdomade: Balneum & inceſſus calefaciunt, vterum recreant, aperiunt, dilatant & per vapores vterum expurgant ad conceptum iuuandum & menſes ducendos.

℞. fol. lauandulæ, lauri, origani, calamenti, pulegii, an. m. j. flor. artemiſiæ, tanaceti, roriſmar. an. p. j. rad. ſeſeleos, liguſtici, & linguæ auis, an. ℥. ß. rad. valerianæ, hypoſelini & calami aromatici, an. ʒ. j. ſtyracis rubræ, ʒ. vi fiat decoctio in media parte vini & aquæ, ex qua fiat balneũ tepefactum, quod ingrediatur mulier lauando ſe ab vmbilico ad pedes vſq; vel ex eadem decoctione calida in pelui vel vaſe reſeruata, ſedeat mulier ſupra Cathedram perforatam & ſedens fumum hauriat.

℞. ſtyracis rubr & calamitæ, an. ℥. ß. linguæ auis, ſeminis ſeſeleos pulueris,

SCD Lyon 1

flor. Thimi, an. ʒ. ii. calami aromarici, ʒ. ß. galliæ moſchatæ & aliptæ moſchatæ, an. ʒ. j. excipiantur ladano & fiant trochiſci qui iniiciantur ſupra carbones accenſos & mulier in cathedra perforata excipiat & hauriat fumum per infundibulum intra vterum.

## Capvt XXX.

*Peſſarium paruum in nuclei dactili formam conformatum, quod intra vterum iniicitur calfaciens, expurgans, roborans, vterum ad conceptionem iuuans.*

℞. Croci ℈. ß. Moſchi, ambræ griſeæ, Xiloaloes, linguæ auis, an. gra. iii. coaguli leporis, q. ß. fiant formulæ ſimiles oſſibus dactilorum, ex quibus mulier ſubiiciat vnam in vtero tenendo tota die & nocte niſi quando ſe viro congeminare voluerit.

*Peſſarium quod recalfacit & expurgat vterum, & mollitiem omnem ſoluit, quæ interdum eſt in vtero, adeo vt ſemen rectè eiaculari non poßit ad conceptum efficiendum.*

℞. Galbani, opoponacis, an. ʒ. iii. Aloes hepati-

SCD Lyon 1

hepaticæ & myrrhæ Electæ, an. ℨ. ii. ſtyracis liquidæ ℨ. j. cum ſucco mercurialis & pannis lineis inuolutis ſimul, fiat peſſarium poſtea adminiſtrandum vtero repurgato quod calore aromatico & aſtrictione roboret & ad conceptum præparet.

℞. Gariophillorum macis nucis moſchatæ, thuris, maſtiches, an. ℨ. ii. calami aromatici, nucis cupreſſi, an. ℨ. j. ß. Moſci, gra. ii. Ziberi, ℈. j. excipiantur coagulo leporis & pannis lineis ſimul inuolutis, fiat peſſarium quod cum filo Coxæ alligetur & intra vterum immittatur.

## CAPVT XXXI.

*Ad menſes autem educendos hoc medicamentum & quædam alia & præſcribenda erunt, ſed animaduertendum in hoc ipſo ſerapio non alioqui miſcenda medicamenta purgantia, nam purgando menſium eductionem reuelleres, idcirco nulla neque mitiora neque vehementiora adiicienda.*

℞. Quinque rad. communium temperatarum in vino albo, *non in aceto*, rad. valerianæ & hippoſelini, aſari, caſſiæ ligneæ,

SCD Lyon 1

Enulæ camp. rubiæ tinctorum, an ℥.j. glycirr. raſæ & parum contuſæ *in quibus caliditas quædam erit coniuncta nam temperabit ſua humiditate reliqua alia ingredientia*, ℥ j. ß. fol. artemiſiæ, ſabinæ, matricariæ, tanaceti, Valerianæ, ſummitatũ thimi, an. m j. Borraginis, Bugloſſi, cum propriis rad. & herbarum capillar. an. m. j. ß. *ad temperandum, nec illis tamen deeſt partium tenuitas*, Cichorii, endiuię tenellæ, ſummitatum fum. an. m. ß. ſeminis ſeſeleos liguſtici, apii. petroſelini, an. ʒ. ij. ſeminis aniſi, fœniculi, an. ʒ. j. ß. quatuor ſem. frigid. mai. an. ʒ. j. cicerum rub. p. j. prunorum dulcium, paſſularum mundatarum, an. par. xii. flor. geniſtæ, ſambuci, roriſmar. & ſtœcados, an. p. ii. trium flor. cordial. an. p. j. fiat Syr. perfectè decoctus, de cuius colatura cape ℔. j. ſacchari, q ß. clarificetur & aromatizetur, cum puluere Cynnamomi electi & pulu. diamoſchi dulcis, an. ʒ. ii. augendus enim aromatum modus, non modo vt gratius aſſumatur, ſed vt recreet vterum & menſes educant, miſce, reſeruetur vſui, ſumat ℥. iiii. aut v. per ſe vel cum decoctione cicerum rubr. & mercur. quatuor aut quinque horis ante cibum ſemel aut bis in hebdomade.



SCD Lyon 1

## *Puluis potenter ducens menſes.*

℞. Cynamomi electi, ℥. ß. rad. azari, valerianæ & hypoſelini, an. ʒ. iii. trochiſcorum de myrrha, ʒ. j. ß. Croci. ℈. j. ſacchari ad pondus omnium. Miſce, fiat puluis ſecundum artem, de quo ſumat cochlearia tria cum decoctione cicerum rubror. mane tribus horis ante cibum alternis diebus.

## *Peſſarium quod menſes educit.*

℞ flor. thimi, tripheræ magnæ ſine opio an. ʒ. ii. myrrhæ electæ, ʒ j. ß. moſchi gra. ii. croci, ʒ. j. cum ſucco artemiſiæ & nepetæ pannis lineis ſimul inuolutis, fiat peſſarium cum filo coxæ alligato, quod intra vterum immittatur.

## CAPVT XXXII.

AD conceptum retinendum ne intempeſtiuè abortiat mulieri imperanda erit quies inprimis cum animi tum corporis, vociferatio prohibenda & ea quæ menſes mouent, in cibo & medicamentis, vt aromatica, acria omnia, apium petroſelinum, crocus, vinum album colore fuluum, vinum aromatites.

SCD Lyon 1

*Puluis qui aſtringit, corroborat & fœtum retinet.*

℞. Maſtiches, macis, gariophillorum, an. ʒ ii. raſ. Eboris, Margaritarum ſplẽdidarum, coralli rubri, an. ʒ. j. ß ſacchari roſati ad pondus omnium, miſce, fiat puluis de quo capiat cochlear vnum, mane & ſero longè à cibo ſuperbibendo parum vini rubri ſtiptici, pręterea confert, vt ſępius per interualla dierum ſumat corticem citri cum ſaccharo conditum.

*Emplaſtrum aſtringens, refrigerans, conueniens in his mulieribus quibus renes & vterus caliditate æſtuant, vt de abortu periculum immineat.*

℞. Terræ ſigillatæ, ſanguinis draconis, boli armenæ, an. ℥. ß. acatiæ, hypociſtidos, coralli rub. rad. Biſtortæ, an. ʒ. iii. nucum cupreſſi, ℥. j. Olei cydoniorum Myrtillorum, an. ℥. iii. Ceræ albæ, q. ß. reducantur ad formam maſſæ Emplaſtri de qua ſuper alutam formetur Emplaſtrum quadratum & latum quod circa regionem dorſi admoueatur, ex eadem mate-

ria

SCD Lyon 1

ria alterum parari poterit, quod ſupra pectinem & vmbilicum figura rotundum emplaſtrum admoueatur.

*Emplaſtrum ad fœtum continendum in mulieribus, quibus renes & vterus ex frigiditate imbecilles ſunt, calfaciens & aſtringens.*

℞. Thuris, ladani, maſtiches, ligni aloes, an. ℥.j radic. Biſtortæ & Baccarum Myrthi, nucum Cupreſſi, an. ℥.ß. maſſæ emplaſtr. de maſtiche, ℥.iii. Ceræ, q. ß. fiat ad formam maſſæ emplaſtri, de quo ſuper alutam formetur debitæ quantitatis rotundum & latum, quod regioni lumborum admoueatur eodem modo, vt antea dictum fuit.

Aliud ſuperimponendum Rotundum inter vmbilicum & pectinem: in iis mulieribus in conatu puerperii grauiter laborantibus ſuccurrendum erit iiſce medicamentis, quæ fœtum excutere valeant, & ſecundinas interdum retentas deiicere. Medicamenta autem illa magnarum ſunt virium & menſes ducere ſolent, eximia vi tenuandi, incidendi & aperiendi, nec prætermittere debes cardiaca medicamenta, quæ ſpirituum ſub-

X

SCD Lyon 1

ſtantiam & calorem naturalem augent, vt viribus confirmatis facilius à puerperio liberari poſſint.

*Potio qua fœtum excutere valet & prægnantem roborare.*

℞. Syr. de arthemiſia & pomis bene olentibus, an. ℥.j. Confect. Alkerm. ʒ.j. pulu. Ariſtol. rotun. & trochiſc. de myrrha, an. ʒ.ß. aquarum rubiæ tinctorum Borrag. & artemiſiæ, an. q.ß. Miſce, fiat potio quæ exhibeatur tempore magni conatus, & deiectionis virium, ſumendo per duas aut tres vices, ſit interuallum ab vna ad alteram vicem duarum ſaltem horarum: vinum aromatites per interualla bibere magni eſt vſus. Nullum vehementius eſſe poteſt, nec magis idoneum ad educendum fœtum quam axungia ſerpentis ad ℥.ß. exhibita cum vino vel aqua rubeæ. Quædam bonæ matronæ expertæ fuerunt, & nos ſemel tentare id voluimus, idque cum fœlici ſucceſſu, ſed ne tibi infamiæ notam inuras à cachinnis multorum quibus ſolent medici affligi, ſi quando ex illo remedio exhibito fœlix euentus non ſuccedat & infans moriatur, ideo prioribus præſidiis vtendum tibi cenſeo.

*Balneum*

SCD Lyon 1

*Balneum quod ad eductionem fœtus confert aperiendo vias.*

℞. Altheæ cum rad fol. arthemiſiæ, nepetæ, lauendulæ, an. m. j. flor. Chamæmeli & meliloti ſambuci, an. p. ii. ſeminum lini & fœnugræci, an. ℥. ii. ſemin. ſeſeleos, liguſtici, an. ʒ. ii. rad. Ariſtolochiæ, ℥. iii. fiat decoctio in aqua pluuiali pro balneo quod ingrediatur ſero & manè, tepidè ab vmbilico ad pedes, deinde inungatur vnguento ſequenti.

*Vnguentum ad eductionem fœtus relaxans, & molliens.*

℞. Olei de lilio Chamæmelini, irini, an. ℥ ii. axungiæ gallinæ, butiri recentis, an. ℥. i. Muccaginis ſeminis pſilii, lini, fœnugræci, altheæ, an. ℥ ß pul. ariſtoloch. rotundæ. ʒ ii. Croci, ℈. j. Ceræ, q. ß. quo inungantur lumbi, regio pubis & circumquaque ab vmbilico ad coxas.

In his quibus ſecundinæ retinentur, potio præſcripta antea pro eductione fœtus præſentaneo remedio eſſe poterit, vel hoc modo.

℞. Succi calendulæ depurati, ℥. iiii. aquæ rubiæ tinctor. ℥ iii. pulu. carabæ, ʒ. ii. Miſce,



SCD Lyon 1

fiat potio quæ exhibeatur, quo tempore vrget hoc pathema nullo ſequente cibo, niſi pauco vino ſaccharato & iuſculis per tres horas poſt.

## CAPVT XXXIII.

### De Hernia.

IN Hernia ſecunda hiſce medicamentis vtendum, quæ ſiccant, aſtringunt, vniunt & glutinant, quiete imperata ab omni vociferatione abſtinendum, & iis quæ flatus generant: è medicamentis purgantibus illa tantum deligenda, quæ vel leniter purgant, aſtringunt & corroborant ventriculum.

### *Catapotia ventriculum corroborantia, vel minimum euacuantia pituitam & bilem, quæ in viis ductuum occurrit.*

℞. Maſſ. pill. è bdellio Elephanginar. an. ℥ j. ß. Maſtiches, ʒ. ß. cum aqua abſynthii. *Si homo ſit temperamento bilioſo interdum cum ſucco vel miua Citoniorum.* formentur pillulæ vj. pro drachma, ſumat tres per horã ante cibum ſemel aut bis in hebdomade, frequens vſus mane eſſe poterit pulueris herniariæ

herbæ,

SCD Lyon 1

herbæ, ad ℥.ß. cum vino albo diu continuando, vel hoc puluere compoſito æger vtatur.

℞. dictæ herniariæ, pimpinellæ, oſmundæ regalis & ſymphiti petrei, an.ʒ.ij. Macis & raſuræ eboris, an.ʒ.ij. maſtiches, ʒ.j. ſacchari roſati ad pondus omnium. Miſce, & fiat puluis ſecundùm artem, ſumat mane tribus horis ante cibum.

## *Electuarium molle, corroborans, aſtringens & vniens.*

℞. Conſer. roſar. antiquæ, conſ. Symphiti, corticis citri ſaccharo conditi, an.℥.j. iaceæ albæ & nigræ, fol. ſymphiti, flor. eiuſdem & herniariæ, an.ʒ.iii. boli armeni, Rhabarbari torrefacti, an.ʒ.ii. Macis, ʒ j. cum Syrupo conſeruationis Myrabol. Emblicarum, fiat inmodum opiatæ, de qua ſumat ad quantitatem nucis, mane tribus horis ante cibum alternis diebus ſuperbibendo vinum ſtipticum, rectè miſcere poteris Mirabolanorum conditorum pro diuitibus ʒ.j.

## *Fotus qui habet vim ſiccandi & aſtringendi.*

℞. Summitatum lentiſci, fol. Oleaſtri,



SCD Lyon 1

ſymphiti & herniariæ. an.m.j. pſidiæ Balauſtiorum acaciæ & hypociſtidos, an.℥ ii. vitrioli, aluminis, an.℥ ß. fiat decoctio in duabus partibus aquæ chalibeatæ & vna vini ſtiptici, ex qua cum ſpongiis tepidè foueatur locus affectus ab vmbilico vſque ad ſcrotum ſero & mane continuando per hebdomadam quieſcendo, tandem ſequens emplaſtrum admoueatur.

℞. Maſſ.empl.contra rupt.℥.iiii.emplaſt. de Maſtiche, pulu. herniariæ, terræ ſigillatæ, ſanguinis draconis, lapidis Magnetis, tametſi hoc medicamentum à quibuſdam vanum videatur improbantes, quod vim attrahendi non habeat niſi ferrum, non peritonæum diſciſſum aut relaxatum quibus ſane id concedendum eſt, ex rei natura perſpecta & intellecta, nihilominus tamẽ illis reſpondendum eo modo proficere, vt inſigni ſua ſiccitate omnem humiditatem exhauriat ob id contrahendo vniat, ℥.j. ß. ceræ & therebentinæ parum, manibus inunctis oleo citoniorum: fiat maſſa emplaſtri, ex qua ſuper alutam aut pellem arietinam formetur emplaſtrum debitæ quantitatis, quod loco hernia affecto commodè admoueatur cum ſubligaculo & faſciis vndique ſecundùm artem admotis. Alternis nouem diebus renouari poterit emplaſtrum.

CA-

SCD Lyon 1

## Capvt XXXIV.

### *De Arthritide.*

IN Arthritide ſananda varia eſt remediorum forma quæ à nobis vberius fuit expreſſa in peculiari tractatione arthritidis. Nunc quædam præcipua vſualia, vt appellant, & præſertim topica aſcribentur, animaduertendum præterea erit præter iam dicta multa eſſe in electuariis mollibus, & ſolidis, & catapotiis, & potionibus pro affectibus capitis, & neruorum antea commemorata, & accommodari poſſe tuto in articulorum doloribus clamoſis, quando doloris acerbitas, & tormentum adeſt.

℞. Syrup. de pap. Syr. de roſis ſiccis, an. ℥ j. pul. diamarg. frigid. ʒ. j. aquar. viol. lactucæ & plant an. q. ſ. Miſce, fiat potio quam ſumat ingruente ſomno nullo præcedente & ſequente cibo aut potu per tres horas.

*Catapotia in dictis doloribus à materia calida, quæ ſedant dolorem ex opio bene repreſſo.*

℞. Myrrhæ, caſtorei, an. ʒ. j. ſtyracis calamitæ, croci, an. ℈. j. opii. ℈. ſ. cum ſucco conſolidæ formentur pillulæ paruæ,



SCD Lyon 1

capiat tres ingruente ſomno ſemel aut bis in hebdomade, quando inſtabit fluxio, quæ dolorem mouere incipiet, vel etiam præſente doloris inſultu in primis conducet horum aſſumptio. Topica præſidia quæ in arthritide calida admouentur in ſuperiori parte dolentis particulæ ad repellendum materiam fluentem, & quædam ex iis ſuper locum doloris ad mitigationem ſuperimponuntur, & de illis iamprimum agamus, vt ſi dolor ſit in pede applicabis in crure, quod tibi perficiendum non erit, niſi minorata fuerit materia, vel per venæ ſectionem, vel per vomitum, vel per pharmacum, & cum hoc etiam diuertatur materia ad partem oppoſitam, vt per frictiones, nam ſi admoueantur ante minuentia præſidia & humor ſit multus, pertimeſcendum ne humor peruaderet ad aliquod nobile membrum, vnde inſignis noxa ſequeretur & propinquum exitium. Itaque facta humoris ſubductione in materia calida repellatur, vt ſequitur & apponatur in ſuperiori loco particulæ dolentis.

℞. Olei Myrtillorum, roſarum & citoniorum, an. ℥.ii. Boli armeniaci, terræ ſigillatæ, an. ℥.ß. Myrtillorum, ſumach, an. ʒ.ii. Miſce, fiat linimentum, quo leniatur pars ſuperior particulæ dolentis addendo aceti,

℥.j.

SCD Lyon 1

℥ j. vtatur vt dictum eſt, vel hoc modo.

℞. Vnguenti populeonis, ℥ iiii. boli arme. terrę ſigill. an. ʒ iii. Myrtillorum, ʒ ii. Miſce, cum albumine ouorum & aceti, ℥ j. applicetur, vt ſupra.

℞. Ceruſæ, ℥ ii. boli armeni, ℥ j. Miſce, cum oleo roſaceo & albumine ouorum, fiat linimentum addendo aceti ℥ j. vtatur, vt dictum eſt.

## CAPVT XXXV.

AD mitigationem doloris, tribus ſcopis curationem contineri animaduertendum eſt, primo vt fluxus prohibeatur; ſecundo, vt dolor ſedetur; tertio, vt id quod effluxit, & in parte impactum eſt, digeratur & reſoluatur: primus verò iam perfectus eſt, de ſecundo agendum nobis erit. In dolore mitigando & ſedando à cauſa calida, animaduerſione dignum eſt, quod in hac doloris mitigatione à cauſa calida vtendum eſt temperatis, vel accedentibus parum ad frigiditatem quoad fieri poterit, prætermittenda autem vehementer frigida, niſi prius euacuata materia, vel per venæ ſectionem, vel per vomitum. Quare prius aggredienda doloris mitigatio ab huiuſmodi

SCD Lyon 1

lenioribus & clementioribus medicamentis hoc modo.

℞. Caſſiæ recentis extractæ, ℥. ii. diſſoluatur in aqua plantag. vel roſar. fiat linimentum quo illiniatur locus doloris, vel ſic.

℞. far. hordei, vitellum oui & fiat in modum cataplaſmatis, quod ſupra locum doloris admoueatur. Hæc autem imponi debent actu frigidè, & cum incipiunt calefieri auferantur, vel hoc modo in intemperie multum calida.

℞. Muccaginis, ſeminis pſilii extractæ cum aq. roſ. vel plantag. ℔. j. illiniatur locus doloris frigide ſi ſit vehemens calor, addatur parum aceti, vel fiat ſic.

℞. Ceruſæ, ℥. j. ß. cum aqua end. fiat linimentum, quo illiniatur locus doloris. Eſt notandum quod in Arthritide medicamenta ſæpius mutari debent & variari, quibus dum natura membri aſſuefacta eſt medicamento aliquo non vtitur tanquam medicamento, ſed familiari, & ſæpe vnum confert vna hora & altera nocet, quò fit vt eo tempore indicium ſit diuerſæ materiæ.

*Opiata medicamenta dum ſumimus ardor eſt, & doloris vehementia multum affligit, hoc modo.*

℞. Vi-

SCD Lyon 1

℞. Vitellos ouorum duos, croci, ʒ.j. opii, ℈.ii. olei roſ. parum, fiat linimentum pro loco doloris, vel ſic.

℞. Medullæ panis remollitæ in lacte vaccino, vel caprillo, vel ouillo ℔ j. piſtetur addendo olei roſacei. ℥. ii. croci, ℈. iiii. opii, ʒ.j.ß. fiat catapl. & frigidè applicetur ſupra locum, & cum incipit calefieri auferatur & non permittatur exſiccari, nam alioqui augeret dolorem, & ad prohibitionem exſiccationis ſuperimponat folium caulis vel ſiclæ. *Mitigatio autem doloris in materia frigida vel mixta, frigida vincente, fiat hoc modo.*

℞. hermodact. ℥.j. far. hordei. ℥.ii. *hermodactilus eſt theriaca doloris iuncturarum quòd dolorem ſedat, tum intra, tum extra,* Croci, ʒ.j. vitellos ouorum, n.ii. cum oleo roſaceo, fiat cataplaſma ſuper locum doloris; vel ſic.

℞. Medullæ caſſiæ recenter extractæ, ℥.ii. diſſoluatur cum oleo calente, & fiat linimentum pro loco doloris: *Nota in cauſa calida, caſſia diſſoluitur cum oleo ſimplici, vel roſar. vel aqua plant.* & in materia frigida cum oleo calente, vel ſic.

℞. Rapam toſtam cum axungia perci, cataplaſmatis vice admoueatur loco doloris cum caulibus recentibus piſtatis, & calidè locus illiniatur cũ ſanguine leporis qui multum in hoc affectu eſt accõmodatus, vel ita

SCD Lyon 1

℞. Cineris leporis in furno exſiccati, & cum axungia porci admoueatur loco doloris, vel inungatur oleo anethino, vel calente ſimplici calidè actu, *& his non eſt vtendum in calidis, ſed cum materia plus æquo frigida eſt.*

℞. fœnugr. conquaſſati, p.j. coquatur in aqua & aceto quouſque fiat muccago, deinde addas mellis q.ſ. fiat in modum cataplaſmatis, & loco dolenti admoueatur, *& hoc confert in materia mixta vel frigida, vel ſic fiat, quod magis confert in materia frigida.*

℞. Succi Ebuli, ℥.iii. hermodactilorum ℥.j. axungiæ porci q.ſ. Emplaſtretur locus doloris.

## CAPVT XXXVI.

### *De arthritide à cauſa frigida.*

IN Arthritide à cauſa frigida, ex vſu erit per interualla temporum aſſumere theriacam antiquam & probatam, ad ℈.iiii. quinque horis ante cibum ſemel aut bis in hebdomade ſuperbibendo parum vini diluti cum aqua Beronicæ aut Iuæ artheticæ. Item Catapotia vſualia: quæ ſenſim repurgant cerebrum & materiam pituitoſam ad neruos confluentem, hoc modo.

℞. Maſſæ

SCD Lyon 1

℞. Maſſæ pill. aſſaiaret ʒ.j.ß hermodactil. ʒ.j. agarici trochiſcati, ʒ ß. trochiſcorum alhandal. gran. iii. cum aqua Iuæ artheticæ formentur pillulæ vii. pro drachma, capiat tres in ingreſſu lecti quatuor horis poſt cœnam, vel poſt mediam noctem cum probo vitæ regimine, ſemel in hebdomade ad præcautionem, eo tempore quo doloris inſultus non affligit, circa tamen declinationem paroxiſmi, interdum tentare non erit alienum. Cæterum in arthetica paſſione à materia frigida, id quod in parte impactum eſt ex alto trahendum atque euocandum erit, & hoc modo fiat veſicatorium, vt Rhaſis notauit, cum ficubus & ſynapi & Emplaſtri modo pro veſicatorio imponatur articulo dolenti, & factæ veſicæ aperiantur, & extrahatur aqua, vel fiat veſicatorium cum apio riſus, quod à multis laudatur plurimum: cum cantaridibus, abiectis capitib. & alis & fermento. Repulſiuum autem in materia frigida quoddam ſuperiori parte ponatur ne materia ad locum doloris fluat, hoc modo.

℞. Corticis vlmi m.j. caudæ Equinæ, ſtœcados Arabicæ an. m.ß. aluminis rochæ. ℥ j. fiat decoctio in vino ſtiptico rubro, & aqua chalybeata, & cum linteis calidè epithemetur pars ſupra articulum dolentem.

SCD Lyon 1

## CAPVT XXXVII.

IAm veniendum eſt ad reſolutionem, & tria ſunt obſeruanda, primò reſoluere materiam, ſecundò vt quæ aliqualiter eſt indurata emolliatur, tertio quæ eſt magis in gypſeam conuerſa emolliatur & diſcutiatur: primò agendum eſt de materia, nondum conuerſa in gypſeam, & in materia minus calida, pharmaca non debent adeo calida eſſe, vt in œdemate, hiſce præſidiis ſequentibus.

℞. flor. chamæmeli, meliloti, ſambuci, fol. vlmi, an m j ß ſeminis iuniperi, ʒ. iii. fiat decoctio in vino rubro & cum ſpongiis, fiat fotus in locis læſis, vel cum dicta decoctione lauentur partes affectæ, ſero & mane, & mox facta lotione & fotu applicentur ſequentia.

℞. Olei Coſtini, caſtorei, cheirini, an. ℥. ii. Miſce, illiniatur locus læſus calide poſt fotum mane & ſero, vel

℞. Axungiæ gallinæ, ℥. iiii. cineris caulium vel braſſicæ, ℥ j. fiat linimentum quo illiniatur locus læſus, vel ſic.

℞. Olei Chamæmelini, anethini, quando materia eſt multum tenuis, olei de lilio, an. ℥. ii. Muccaginis, lini & fœnugræci, an. ℥. j. ß. farinæ ſeminis, lini & fœnugræci, an. ℥. ß.

Miſce,

SCD Lyon 1

Miſce, fiat linimentum quo illiniatur locus læſus vt ſupra, vel ſic.

℞. flor. anethi, farinæ ſeminum, lini & fœnugr. an. partes æquales, & cum ſucco caulium fiat cataplaſma quod loco admoueatur. Braſſica habet maximam proprietatem hoc morbo, vel ceratum fiat.

℞. Diachilonis ireati, ℥. iii. aut iiii. diſſoluatur in oleo Chamæmelino, & admoueatur in loco dolenti, & hoc pro materia non multum calida.

## CAPVT XXXVIII.

*Pro materia frigida reſoluenda.*

℞. Olei irini, olei veteris, an. ℥ iii. Euphorbii, ℥. ii. ß. cum pauca cera fiat vnguentum, vngatur locus calidè mane & ſero, vel ſic.

℞. rad. ebul. ℔. j. pulpæ hermodact. ℥. ii. axungiæ gallinæ, ℥. iii. fiat vnguentum, & inungatur locus dolens calidè, vel ſic.

℞. Emplaſt. cheronei. ℥. ii. emplaſtri deſcriptione philagri, ℥. j. ß. bdellii, ammoniaci diſſolutor. in oleo d. lilio, an. ℥. ß. Miſce, fiat Emplaſt. pro locis dolentibus, vel ſic, quod plurimum laudatur.

℞. Olei dulcis, ℔. j. Euphorbii, ℥ j. Caſtorei, ʒ. ii. Ceræ, q. ß. fiat vnguentum,

SCD Lyon 1

quo inungantur loci affecti. Aliquando omnibus iſtis non reſoluitur, quia materia indurata eſt, & tunc eſt vtendum emollientibus pluribus mixtis cum reſoluentibus. Igitur hoc modo.

℞. Axungiæ anſeris & gallinæ, an. ℥. j.ß. olei Chamæmelini de lilio & coſtini, an.℥ ß. Muccaginis ſem. lini & fœnugræc. extractæ in aceto, an.℥.ii ß. Cum cera, fiat vnguentum quo inungatur locus læſus calidè, vel ſic.

℞. Vnguenti è bdellio Meſuæi, ℔. ß. vngantur articuli loco illius vnguenti philagri.

℞. Emplaſtr. de meliloto diachilonis magni, an. quartar. incorporentur cum oleo de lilio & fiant Emplaſtra pro locis læſis. vel

℞. Vulpem depilatam & euiſceratam vſque ad oſſium ſeparationem in vino, deinde ablatis oſſibus caro exprimatur & liquor qui inde exit cum vino bulliat quouſque reducatur ad formam vnguenti, & tunc addatur Caſtorei, bdellii, maſtiches, myrrhæ, ammoniaci, an.℥. ß. fiat vnguentum quo inungantur loci affecti: & eſt de materia indurata, ſed nondum ingipſata. Quando eſt ingipſata, id eſt, nodoſa, primo emollientibus, deinde

dige-

SCD Lyon 1

digerentibus & iterum remollientibus, interdum curandi ratio perficienda erit, vel ſunt ſimul miſcenda emollientia cum reſoluentibus, quamuis poſſimus errare in adminiſtratione tum remollientium, tum reſoluentium.

℞. Maluæ, biſmal. cum radicibus, an. m. iii. iuæ artheticæ, flor. ſaluiæ Chamæmeli, ſambuci & roriſmar. fol. vlmi, *quæ plurimum commendantur*, an. m. ii. fiat decoctio in vino qua lauentur loci affecti vbi eſt materia gypſea mane & ſero quouſque quidam appareat rubor & deinde:

℞. Olei amygdal. dulc. de lilio, irini, an. ℥. ii. axungiæ anſeris & gallinæ, an. ℥. j. Muccagin. ſeminis pſilii, lini extractæ cum aceto, an. ʒ. vi. cum cera fiat vnguentum quo vngatur prius lotione facta, mane & ſero ſpatio quatuor dierum continuando, poſtea lapis pyrites ſiue Marcaſites, vel Molaris accendatur & aſpergatur acero, capiat fumum & deinde lauetur aceto calido decoctionis flor. ſambuci ſpatio duorum dierum, *deinde vtendum remollientibus, futurumque eſt paulo tempore vt reſoluatur quod longo tempore eſt remollitum, deinde redeat ad remollientia ſupra & reſoluentia veluti per circuitus. Non eſt tamdiu reſoluentibus quam emollientibus vtendum, quoniam materia facile induratur, vel*



SCD Lyon 1

*fiat hoc modo quando curari poteſt ſine vlla remollitione vt per vnum medicamentum compleatur vtraque intentio, vt ſcripſit Rhaſis nono ad Almanſorem.*

℞. Caſei veteris partes duas, ſeminis naſturtii partē vnam, pulueriſentur & incorporentur cum decoctione pedum porci ſale conditorum coctorum quouſque conſiſtat ad quandam muccaginem, fiat cataplaſma & loco gypſcato adhibeantur, vel hoc.

℞. Caſei veteris ad quantitatem ſufficientem & cum oleo communi, fiat cataplaſma & loco gypſcato adhibeatur, vel ſic.

℞. Caſei vetuſtiſſimi quod ſatis eſt, & cum axungia porci ſalita & decoctione ſalitorum pedum porci, fiat cataplaſma. Iſta cataplaſmata à Rhaſe laudantur, radix ricini contrita & emplaſtri modo impoſita articulis maximi eſt etiam vſus.

## Capvt XXXIX.

### *De morbo gallico.*

Morbi parthenopæi curationem tribus remediorum formis perficere poteris, diæta vt appellant, inunctione, ſuffitus. Diæta autem eſt vitæ lex exquiſi-



SCD Lyon 1

ta, quæ in aſſumptione quorundam medicamentorum inſtituitur, vt ex ſcobe & ramentis Ligni guaiaci, vel ex radice ſchinæ, vel ex rad. ſalſæ pariglię nuperrimè inuentæ vel ſaſaphras. Quidam pro guaiaco ſubſtituere voluerunt ramenta buxi, ſed re vera viribus non reſpondent, vt deprehendere licet ex ſapore buxi: cum enim amarorem non præ ſe fert, vt expurgare valeat, nec etiam acrimoniam, vt humores craſſos & lentos incidat extenuet, imò verò eſt particeps ſtipticæ cuiuſdam ſubſtantiæ, vt ex ſapore acerbo deprehenditur, ob id ad ſudores proliciendos minus efficax, addas licet euentum infœlicem neque optatum, vt ſudores non probè commoueat, neque expurgando morbum curari poſſe plane obſeruabis. Quidam audaces fuerunt, vt ad aliud tranſirent remedii genus quod æquare voluerunt guaiaci decocto, ex iuniperi ligno quod ſane amarore & acrimonia valet, id tutum non eſt, ac periculoſum & ſuſpectum eſſe debet medicamentum, vt legere licet in quibuſdam Dioſcoridis Exemplaribus, Ramenta, inquit, iuniperi deuorata interficiunt, eam igitur ob cauſam non expediet eo vti medicamento. Inter celebria radix chinæ præſenti,



SCD Lyon 1

eſt remedio & vtilis bilioſis & ſiccis naturis atque delicatis. Hæc autem radix nullo alioqui ſapore eſt prædita, idcirco ἄποιος dicta, vt tantùm inſita virtute huiusmali perniciem abigat, euentus ipſe confirmat, niſi curioſius rationem exquiras, quæ eſt eiuſmodi, vt ſiccitate ſolum valeat, ob id humores abſumat, vrinas & ſudores proliciat, vt aqua fabrorum ferrariorum ſiccitate ſplenem minuit, eo modo hoc genus remedij, non alia euidenti qualitate auxilium affert; inprimis dabis operam, vt ſi optato & fœlici euentu potiri volueris ea deligatur, nullis teredinibus exeſa, ſed vndique farcta, nã facile eiuſmodi teredine & perforatione corrumpitur & tabeſcit, idcirco multos curare non potuit, eam ob cauſam multi curioſi prætulerunt ſuberis taleolas, & pro eadem chyna ſubſtituunt, cum aliquo euentu, ſed reuera dum modum ſubſtantiæ in ſe non habet neq; agendi efficaciam, ideo tale medicamentum vanum & curioſum prætermittendum potius erit. Peracta igitur vniuerſali purgatione interquieſcat ab omni vſu medicamentorum trium dierum internallo in loco clauſo & conclaui ludis & luſciniis animum recreet, deinde ad diætam ſe comparet, eo vitæ regimine, vt ad omnibus elixis abſtineat, euchimis vtatur eduliis, aſſis pa-

SCD Lyon 1

ſis, pane aſſo, vuis paſſis, vinum alioqui huic malo pernicioſiſſimum eſſe ſolet, permittũt tamen quidam, vt ſe obſequioſos præſtent medicos potius quam frugi & ſanitatis cuſtodes, vinum Olygophorum ſecunda decoctione dilutum, chinæ temperatum, ex vſu erit, ſed ſatius eſt ne humores fuſi in neruorum ſpiracula deſcendant à vino abſtinere, niſi tam inſignis & inopinata virium exolutio derepente ſubſequatur, huius vel minimum concedendum, donec vires ad priorem & naturalem ſtatum redeant. In declinatione potius vſurpandum quo alio diætæ tempore interea dum diæta inſtituetur ad xx. aut xxx. quibuſdam ſalubriter ad xl. protrahi poteſt dierum interuallum. Dum aluus erit conſtipata ſemel aut bis in hebdomade enema leniens & emolliens ſubiici poterit, vel ſemel in hebdomade exhiberi potio poterit ex Catholiconis, ℥. vi. Syrup. roſarum ſol. ℥. ii. cum aquis Borrag. & capil. ven. an. q. ß ſumat mane quatuor horis ante cibum, ſine aſſumptione eiuſdem chinæ, eo ſolo die prætermiſſa.

## CAPVT XL.

℞.Rad.chinæ tranſuerſim in talleolas diſſectæ,℥.ii.Coque in ℔.x.aut xii.aquę laudati fontis lento igne ad conſumptionem tertiæ partis aut quartæ,deinde ſub cineribus calidis in ampulla vitrea vſui reſeruetur, ſumat mane hora quinta,℥.viii.calide, deinde ſtragulis bene inuolutus & coopertus ſudor proliciatur, citra tamen inſignem moleſtiam & virium deiectionem probè ſe abſtergendo:ſi æger obſequatur & vires ferre valeant circa veſperam dictam decoctionem ad℥.v.aut vi. exhibere etiam poteris vtiliter,melius enim id fit in hac diæta ex chyna quã ex guaiaco, quia longè ſuauior & gratior eſt,neque fatigat ſudoris largiore profluuio, neque exſiccat tantopere, quia verò diæta commouet ſitim vt huic obueniamus:

℞.Fæcem decoctionis pręcedentis ſi ſumptus ferre valeat æger, vt potio ſit magis medicamentoſa addere denuo poteris, ℥. iii. eiuſdem radicis chinæ recentis in ℔. xvi. aquæ, fiat decoctio ad conſumptionem mediæ partis, ad gratiam ſaporis addere poteris delicatis ſacchari puriſſ. ℔.j. & vt aromate ſuauior ręddatur pulueris Cin-

namomi

SCD Lyon 1

namomi electi, ʒ. j. pulu. ſantali citrini, ʒ. ii. per colum medicum ſępius transfundatur, & omni hora loco potus vtatur.

## CAPVT XLI.

### *De Diæta ex guaiaco.*

IN affectibus frigidis & naturis pituitoſis, diæta ex guaiaco maxime ſalutaris eſt, nec non biliosis modificata & modo lues venerea ea ſit, quæ inſita virtute huius medicamenti ſanatur, quamuis calidis & ſiccis officere videatur, nihilominus emergit emolumentum maius quam inde ſequatur detrimentum, cum præterea poſſimus reprimere caliditatem guaiaci multa aquæ perfuſione & quibuſdam additis frigidis tenuium partium, vt endiuia, Cichorio, quatuor ſemin. frigid. mai. & iis quæ abſtergunt refrigerando, vt hordeo & fructibus dulcibus, qui humiditate leniente ſiccitatem corrigunt. Cæterùm nonnulli, vt plurimum ſolent guaiacum excoquere cum vino albo, vt potentius ſudores promoueat, ſed id ſine vllo dioriſmo moliri ſolent, nam calidis & ſiccis naturis intrepide exhibent, hinc



SCD Lyon 1

ſit vt plus æquo incaleſcant. At in frigidis naturis craſſis & obæſis & in quibus craſſa & lenta eſt materia decoctum guaiaci ex vino albo tenui & aromatico eſt aptiſſimum, vniuerſim tamen ſi velis guaiaci vim in liquorem deponi, nullus alius melior & aptior eſſe poteſt, quam aqua pura & ſyncera, quia eſtſeminarium omnium medicamentorum; & cum huiuſmodi ſit ἄποια, id eſt qualitatis expers, facile omnes medicamentorum facultates recipit & ſubinde non immutat, niſi quod eo ſcopo tẽperet caliditatem guaiaci, idcirco plus adiiciendum erit aquæ, quando exhibere volumus bilioſis naturis, ſicque ſimplici guaiaco & corticibus eiuſdem vtemur, niſi quod aliquando adiicienda ſunt, quæ ſudorem valentius moueant, vt radix ciclaminis, vel quæ infarctu liberant, vt radix Enulæ campanæ, vel quæ propria & inſita virtute, illi morbo ſunt contraria, vt folia & ſemen cardui benedicti, quando verò in affectibus frigidis, diætam ex guaiaco paramus, vtiliter adiici poterunt varia, quæ ad ſanandos affectibus neceſſaria ſunt, vt in affectibus thoracis aſthmate glycirrizam, dulcia & lenientia: in affectibus neruorũ & articulorum. rad. acori primulam veris & hermodactilos: Ad conceptum iuuandum in fœminis artemiſiam, matricariam & ſemen fraxini ſeſelcos

ſelcos

SCD Lyon 1

ſeleos & liguſtici, interim cauendum eſt, ne illorũ abuſum ſequaris, qui in eodẽ decocto intermiſcent medicamenta purgantia, quod Empirici non verentur factitare, vt etiam vna purgent, ſudores moueant, quod à ratione plane eſt diſſonum, vt euentus infelix commonſtrat: nam plerumque fit, vt in maraſmum adigant ægrotantes impune, vel morbum non ſanent, tophos & nodos relinquant: cùm in ſudoribus mouendis & purgatione magna violentia naturæ fiat, vireſque magnopere conuellantur, quod in partibus internis delitеſcit per ſudores ad externas partes euocatur: purgantia verò contrario motu agunt ab externis ad internas; attamen ſi voles, vel extra diætam, vel in remedio diætæ tempore decoctionem ex guaiaco parare in qua ſint medicamẽta purgantia, nihil repugnat leuiora imbellicioribus, vehementiora robuſtis pro vario humore expurgando: cum guaiaco purgantia vtiliter miſcere poteris, nam guaiacum tametſi ſudores moueat, purgatorium ſic effici ſolet & eo tempore ad tres vel quinque dies exhibere poteris, citra tamen ſudoris motionem aliquam, & ita parabis.

SCD Lyon 1

℞.Ligni Indici, ℔. j. corticis eiuſdem, ℥. iiii. coque lento igne, in vaſe bene obturato in ℔.xii.aquę ad conſumptionem tertię partis vel quartæ ex qua ſub cineribus calidis bene reſeruata dabis mane hora quinta, ℥. viii. calide deinde ſtragulis bene contecto ſudorem mouebis, citra tamen inſignem moleſtiam, probe poſtea ſe abſtergendo, interdum in iis qui ferre eam valent & in quibus ſudores mouere continuo expedit ſub veſperam eiuſdem decoctionis exhibere poteris, ℥. v. & ſic eſt diæta paranda ex guaiaco & cum permixtione aliorum medicamentorum ſic.

℞. Ligni ſanct.℔.j.cortic. eiuſdem. ℥ iiii. Coque lento igne in ℔.xii aquæ bene obturato vaſe addendo glycir.raſæ & parum contuſæ, ℥.j. rad. ciclaminis, acori, enulæ Camp. an.℥.ß.fol.card.bened.Beton.& primulæ veris, Borrag. Bugloſſi cum rad. & herbarum capillarium, an. m. j. *ſi temperare caliditatem expediet, addes* Cichorii Endiuiæ *ad lentos expurgandos humores & propter neruoſos affectus,* granor. pœoniæ, an. ʒ. iii. ſeminum aniſi & fœniculi, an.ʒ ii. *quando temperare voles caliditatem ſequentia dantur,* quatuor ſem. frigi. maior.an.ʒ.j.ß.hordei mundi, p.j. prunorum dulcium, paſſularum mundatarum, & ſebeſten.an.par.x. trium florum cordial. an. p.

j.ad

j. *ad ſudores mouendos* flor. geniſtæ ſambuci *pro affectibus capitis & neruorum*, flor. ſtœcados & roriſmar.an.p.j.*pro affectibus articulorum*, hermodactilorum, ℥. j. fiat decoctio ad conſumptionem tertiæ aut quartæ partis de qua exhibeatur eodem modo vt dictum eſt.

℞. fœcem decoctionis prioris vel poſterioris, coques in ℔. xv. aquæ, addendo ſacchari ℔.j.ß. *propter amarorem* ad conſumptionem dimidiæ partis, aromatizetur cum puluere Cynnamomi electi, ʒ iii. *& pro affectibus cerebri & neruorum loco illius* cum puluere nucis moſchatæ, ʒ.ii. *quando temperare volueris* caliditatem, & miſcere poteris pulerem ſantali citrini, ℈. iiii. per colum medicum ſæpius transfundatur, ex qua decoctione loco potus vtatur omni hora pro arbitrio.

## CAPVT XLII.

### *De Sarcaparilla.*

DIætam ex ſarcaparilla hic non aſcribam, quia frequentata non eſt, neque adeò à nobis probata, ſemel tantum

SCD Lyon 1

experta, ita vt euentus fœlix non ſucceſſerit, de ſuffitu nihil agam, quia diutius non ſolet in corpore conſiſtere, & plerumque in tabem multos præcipitat, & quia Empiricorum magis eſt, quam medicorum dogmaticorum; idcirco lubens prætermittere volui.

## CAPVT XLIII.

### *De inunctione hydragiri.*

INunctiones hydargiro & multis calorificis medicamentis ſimul mixtis inter omnia medicamentoſa præſidia pro lue venerea ſananda efficaciſſima eſſe plerumque experti fuimus, adeo vt quos diæta ex radice Chinæ & guaiaco curare non potuerat, hoc poſtea adhibito præſidio, ex toto reualuerunt, nec audiendi quidã indocti Medici, qui hoc remedij genus infamant; id puto ab illis cõmiſſum propter temeritatem & imperitiam Chirurgicorum & Empyricorum, qui inunctionem intempeſtiuè & ſine arte adminiſtrabant, neque hydrargiri vim pernitioſam corrigere intellexerunt, idcirco male curati permanſerunt: peractis itaque vniuerſalibus purgationibus, quibus vlcera & puſtulæ potiſſimum



SCD Lyon 1

ciſſimum apparent, inprimis neceſſaria; nec inutilis quibus articulorum dolores adſunt ex lue venerea & tophi, nam & reſiccat, & diſcutit, & emollit & peculiari virtute illi malo repugnat, vt euentus confirmat.

℞. Axungiæ porci liquefactæ, ℔. j. Mercurii in aqua ſaluiæ extincti, ℥. viii. ſtyracis liquidæ, ℥. ii. Medullæ cerui & cruris vaccæ, an. ℥. j. ß. Therebintinæ in aqua vitæ lotæ. ℥. iiii. axungiæ gallinæ, anſeris & anatis, an. ℥. j. olei de ſpica nardi, laurini, an. ℥. iii. olei narcini, irini, an. ℥. ii. olei Chamæmel. lumbricorum, an. ℥. vi. aquæ vitæ, ℥. vi. thuris, Maſtiches, an. ℥. j. ceruſæ lythargiri, an. ℥. iii reſinę pini, ℥. iiii. Euphorbii, ℥. ß. vitrioli albi, ʒ. v. Miſceantur, ſimul & fiant in modum linimenti ſecundum artem, quo inunguntur vertebræ dorſi & partes vlceribus herpetibus obſeſſæ & ſub vola pedum. Cauendum tamen à partibus principibus: primo ſenſim, deinde mediocriter, poſtremo vehementer, veguento manibus infricare oportet. Neque verò initio vehementer faciendum erit, ne quod tenue eſt diſſoluatur, quo craſſum eſt remaneat & difficulter diſcutiatur, idque ſemel tantùm in die hora ſexta mane, deinde ſingulis vicibus inunctionis ex refrigerantibus inungatur regio hepatis ne ex caliditate inunctionis plus æquo recalefiat hepar.

SCD Lyon 1

## CAPVT XLIV.

### *Ad hepar.*

℞. Cerati ſantalini, ℥. iii. ſpicæ nardi, gran. iiii. fiat vt dictum eſt, & vt pernicialis vis hydrargiri reprimatur, & ne inueteratis præcipuis viſceribus ſeminaria quædam malæ qualitatis relinquat electuario ſequenti cardiaco cum aquis ſtillatitiis vti expediet.

℞. Electuarii diamargar. frig. ℥. ii. ſumat tabellam vnam ſingulis diebus inunctionis, tribus horis ante cibum ſuperbibendo parum de aquis ſequentibus.

℞. Aquæ cardui benedicti, Borragin. & capil. ven. an. ℥ iii. Miſce, fiat vt dictum eſt, vel hoc modo aliud vnguentum parari poteſt.

℞. Axungiæ porci liquefactæ, ℔. j. Mercurii aqua ſaluiæ extincti, ℥. vii. bdellii, opoponacis, galbani, ſagapeni diſſolutorum in aqua vitæ, an. ℥. j. reſinæ pini liquefactæ, ℥. iiii. thuris, Maſtiches. an. ℥. j. Euphorbii ℥. j. ß. Cinabaris, ʒ. iii. lithargiri, ceruſæ, minii an. ʒ. ii. olei Chamæmeli, lumbricorum, de ſpica & laurini, an. ℥. iiii.

olei

SCD Lyon 1

olei rutæ, ℥.j. vnguenti dialtheæ ℥.ii. Miſceantur ſimul & fiat vnguentum ſatis liquidum quo vtatur, eo modo omnia adminiſtrando, vt antea dictum fuit: ad quinque vices inunctio fieri poterit æſtimato virium robore, nam interdum quibuſdam vires concidunt poſt tertiam inunctionem, ideo quieſcendum eſt vna die interpoſita: Si vires denuo redeant, ad vnam & alteram tranſeundum erit: ſin minus prætermittere oportet. Interdum etiam vſu veniet in valide robuſtis & quibus humores craſſi altius deliteſcunt vt ſudoris effluuia copioſa non erumpant primis & mediis inunctionibus, neque expuitio multa de ore emergit, vel alia euacuatio per vomitum, vel alui deiectionem ſuperuenit, quæ tamen optanda ſunt & expetenda vt à lue venerea liberare poſſis: ideo ad ſex inunctiones tranſeundum erit, raro ad ſeptem aut octo vel nunquam moliendum, niſi aliæ inunctiones paruæ fuerint, in valde robuſtis: occurrendùm autem gargariſmatis & oris collutionibus lenientibus, refrigerantibus & moderata abſterſione valentibus, non autem repellentibus ne adhuc impedias naturæ expellentis euacuationem per expuitionem.

SCD Lyon 1

℞.Decoctionis hordei glycirr.paſſul.℔ j. ſyrupi viol.℥ j.Miſce,fiat gargariſma, quo frequenter os colluat: poſt aliquot dies ex vſu erit repellens, aſtringens, & abſtergens gargariſma, & oris collutionem hoc modo parare.

℞.fol.plantag.oleaſtri,ſummitatum rubi, lentiſci,an.m.j.roſar.rub.p.j.ß Balauſtior.℥. ii.aluminis ℥.ß.fiat decoctio in aqua hordei, & ſi magis repellere volueris in aqua chalybeata, de colatura cape ℔. j. in qua diſſolue diamori ſimplicis,℥.iiii.mellis roſati colati ℥. ii. Miſce, fiat gargariſma quo frequenter os colluat.

## CAPVT XLV.

## De Dentisfriciis.

*Dentisfricium ita præſcribendum erit,ad carnem gingiuarum lapſam firmandam & ſiccandam.*

℞.pulu. oſſis ſepiæ, coralli vtriuſque, an ℥.ß.pumicis, ʒ ii. aluminis, ʒ.j.ſchænanthi ℈. ii.redigantur in puluerem, quo infricentur dentes. Cæterùm bene perſpectum conſultumque fuit in gracilibus & naturis calidis & bilioſis poſt octo dies inunctionis balneum aquæ dulcis tepefactæ

SCD Lyon 1

factæ præſcribere, in quo miſceantur folia & flores, quæ vim refrigerandi & leniter abſtergendi habeant.

## CAPVT XLVI.

### *De cura luis in infantibus.*

IN pueris & infantibus quando cōtagio luis venereæ illos inuaſit, exhibitis ante leuioribus purgantibus, quorum forma fuit ante tradita, non erit inutile vnguentum parare ex hydrargiro illi naturæ accommodatum, non modo minuendum erit argentum viuum, ſed etiam calidiora medicamenta, imo multa prætermittenda, quæ in adultis permiſcentur, ne illorum calor halituoſus ex tam inſigni diſſolutione iacturam patiatur, vireſque concidant, & tandem extinguantur, ſic igitur vnguentum moderandum temperandúmque erit.

℞. axungiæ porci liquefactæ & gallinæ, an ℔ ß. Mercurii extincti in aqua ſaluiæ, ℥. ii. aut iii. ſi paulo robuſtiores ſint medullæ cruris vituli, ℥.ij. therebintinæ, ℥.iii. thuris, Maſtiches & ſtyracis, an. ℥.ß. pulu. granorum pœoniæ, ʒ.iii. Ceruſæ, lytargiri, an. ʒ.vj. olei lumbricorū de lilio, Chamæmelini, an. ℥.iii,


SCD Lyon 1

olei irini, laurini, an. ℥. ii. Miſce, fiat linimentum ſecundum artem quo illiniatur ſemel tantum in die ad tres vices tantum. Eodem modo adminiſtranda erunt medicamenta alia quæ ſcripſimus in adultis, pondus & menſura diminuetur ad dimidium.

## Capvt XLVII.

### *De Balneo.*

Balneum in affectibus calidis pro vniuerſo corpore præſcribendum, vt in hectica febre & conſumptis. Interdum ex aqua dulci tepefactum in quo diutius non immoretur æger, ſed ad madorem vſque perueniat tantum non ad ſudoris effluuium, mane hora ſexta ingrediatur. Compoſitio fieri poterit hoc modo.

℞. Maluæ, altheæ cum radic. violarum. Brancæ vrſinæ, fol. lactucæ, cucurbitæ, Cichorii, End. ſcariolæ, an. faſciculos, iii. flor. viol. Nymph. Borrag. Bugloſſi, an. p. iiii. roſar. rub. p. ii. quatuor ſeminum frigidor. maior. leuiter contuſorum, an. ℥. ii. hordei p. v. *ad maiorem humectationem*, capitis veruecis numero j. *addes ſeminis lini, quia calore non officit quantum humiditate proficit*, ℥. j. fiat decoctio pro balneo tepefacto, ingrediatur vt diximus continuando per triduum, deinde

SCD Lyon 1

de inungatur ſingulis diebus ab exitu balnei linimento ſequenti.

℞. Olei violacei. Nympheæ & de ſalicibus, an. ℔. ß. olei roſat. omphacini, an. ℥. iiii. Butiri recentis ℔. j. Miſce, fiat in modum linimenti quo illiniatur corporis habitus vt dictum eſt.

## CAPVT XLVIII.

*Balneum refregirans, abſtergens cum quibuſdam calidis, in lepra, in pſora & lichene.*

℞. Rad. Brioniæ, lapathi, acuti, cucumeris aſinini & ſerpentariæ, an. ℔. ß ſaponariæ, Anagallidis vtriuſque, fol. plantag. lapati acuti, acetoſæ, ſcabioſæ, cichorii, End. ſcariolæ, Borrag. Bugloſ. cum toto, an. faſculos iiii. lupinorum. ℥. ii. hordei integri, p. iiii. trium florum cordial. Nympheæ, roſarum rubr. an. p. v. aluminis, ℥. iii. fiat decoctio pro balneo, quod ingrediatur tepefactum mane ieiuno ſtomacho per tres vices, & à prandio continuando ſpatio trium dierum, deinde vtatur in exitu balnei vnguento ſequenti.

℞. Succi radic. lapati acuti, ſucci fuma-



SCD Lyon 1

riæ,ſucci rad.Enulæ Camp.an.℥.iii. ſucci limonum,℥.v.pul.rad. Ellebori,℥.j.ceruſæ,lythargiri,an.℥.ii.tuthiæ,℥.j ß. ſulphuris viui, ʒ.vj.vitrioli,ʒ.iii.therebintinæ, q ß. ducantur & agitentur omnia ſimul in mortario & piſtillo plumbeo,fiant ad formam vnguenti. Aliqui addunt ab ℥.j. ad ℥.ii. argentum viuum in fœdiſſima pſora & lepra quo inungantur partes affectæ, vt dictum eſt.

## Capvt XLIX.

### De ſpaſmo & reſolutione.

*Aqua recalfaciens,reſiccans & neruos corroborans,in reſolutione & ſpaſmo.*

℞.Origani, calamenti, pulegii, ſiſimbrii, centaurii min. Betonicæ, herbæ paralyſeos, ſaluiæ, ſampſuci, an. m.j. ſucci ebuli & ſambuci,an.℥.iiii.rad.acori,℥.iii.florum Chamęmeli,meliloti,ſtœcados,roriſmarin. & ſambuci,an.p.iii.galangæ vtriuſque,an.℥.j. Euphorbii,caſtorei,an.℥.j.ß. ſagapeni, opopanacis, ammoniaci & galbani diſſolutorum, cum aliis,an. ℥.ii. ſthyracis calamitæ, ladani depurati,Benioini, an.ʒ.x. therebintinæ abietis,reſinæ pini,an.℥.iiii.temperentur omnia

SCD Lyon 1

nia ſimul in aqua vitæ per xxiiii. horas, & poſtea omnia diſtillentur ſecundum artem in alembico vitreo, de cuius aqua in æſtuario calido & ſicco irrigentur partes reſolutione affectæ, & præſertim tota ſpina & os ſacrum continuando trium dierum aut quinque ſpatio.

℞. Meliſſæ. ℔.ß. temperetur cum vino albo, poſtea accipe mithridatis veteris ℔. j. fiat diſtillatio in Alembico, cuius aqua vtatur vt antea, vel ſic.

℞. Caſtorei, ℔.j. hirundinum iuuenum quinquaginta, aceti ℔, ii. fiat ſublimatio in alembico, vtatur vt dictum eſt, deinde vngatur vnguento ſequenti.

℞. Olei de nuce indica, vulpini, an.℥.iiii. olei de laterib.℥.ii. de lilio & chamæmelini, an.℥.iii. axungiæ vrſi, taxi, an.℥.ii. ſagapeni, opopanacis diſſolutorum in vino maluatico aut generoſo, an.℥.j. ſtyracis, ℥.ß. pulu. nucis moſchatæ, galangæ vtriuſque, rad. ireos, an. ʒ ii. Caſtorei, ʒ.j. therebentinæ in aqua vitæ lotæ, q ß. Miſce, fiat in modum vnguenti quo tota ſpina inungatur, os ſacrum & partes reſolutæ, vt eſt dictum.

* * *



SCD Lyon 1

## CAPVT L.

### *De dentium dolore.*

℞. Thuris hypociſtid. ladani, an. ʒ. iii. picis, maſtich. an. ℈. ii. olei lentiſcini parum, miſce, fiat emplaſtrum. *Confert quando dolor fit ab influxu materiæ craſſæ frigidæ, ſed ſi ſit calida & acris materia additur* ſemin. papau. albi, ʒ. j. vel meconii ℈. j.

℞. folior. ſalicis, m. ß. rad. pentaphilli, ℥. ß. gallarum, ʒ. ii. fiat horum omnium decoctio in vino rubro auſtero, quo calidè colluatur os.

℞. hederæ, m. j. cort. mori vel lentiſci, ℥. j. gallarum immaturatarum, ʒ. ii. fiat decoctio in vino ſtiptico, quo os calidè abluatur.

### *Ad iuuandam variolarum eruptionem.*

℞. Laccæ ablutæ, ʒ. v. lentium excorticatarum, ʒ. vj. tragacan. ʒ. iii. deinde decoquatur cum dimidia ℔. aquæ ad conſumptionem quartæ partis, detur tepidè in potu.

### *Aliud imbecillius.*

℞. caricar. ping. ʒ. vj. lentium excorticatar. ʒ. iii. tragacan. ſeminis fœnic. an. ʒ. ii. decoquantur in ℔ j. ß. aquæ fontis ad conſumptionem tertiæ partis.

Pro

SCD Lyon 1

## *Pro exſiccatione variolarum.*

℞. Cort. tamariſci contuſ. ℥. x. lentium non excorticatarum contuſarum m. ii. roſ. rub. ſiccat. m. j. decoquantur in ℔. viii. aquæ plant. ad conſumptionem dimidii, & in fine decoctionis, adde ſalis optime contriti, ℥. j. ß. deinde poſt leuem ebullitionem colato, & in hac colatura, adde pulu. ſantal. citrin. ℥. ii. trochiſc. de camph. puluériſatorum, ℥. j. ß. reſeruetur in vaſe vitreo ad vſum.

## *Ad oculorum præſeruationem extra admouendum.*

℞. ſuccorum plant. poligoni depuratorum, an. ℥. j. aq. roſatæ ℥. vj. album oui recentis diu agitati numero j. croci gr. v. vtere vſque ad quartum diem.

FINIS LIBRI TERTII.

# LIBER QVARTVS.

## CAPVT I.

## FORMA CVRATIONIS FEBRIVM PVTRIDARVM;

*Et primò tertianæ exactæ & veræ intermittentis, quæ in ſeptem acceſſiones iudicatur longiſsima.*

PRIMO ſi aluus ob inflammationem indurata ſit, ad interceptionem materiarum & vaporum ad caput, nec non ad calidam intemperiem partium naturalium demulcendam datur ſequens enema emolliens ac refrigerans.

℞. fol. maluæ, biſmaluæ cum radic. violar. atriplic. acanth. id eſt, branc. vrſinæ & mercurial. *nam hæc folia & radices in decoctione multum exprimunt lubricam materiam, & præſertim mercurialis, quæ ſtimulat inteſtina,*

an.

SCD Lyon 1

an. m.ii. quatuor ſeminum frigid. contuſorum *ad faciliorem in decocto expreſſionem*, an ℥. ß. ſeminis lini & fœnugr. *lentorem ſimiliter exponunt, & ad diſſipationem flatuum*, an ʒ. iii. prunorum dulcium, *acida enim aluum morantur*, paſſularum bene mundatarum, *ob adſtrictionem*, an. par. vj. trium flor. cordial. violar. Borrag. Bugloſſi an. p. ii. fiat decoctio, *donec prædictorum medicamentorum vis & facultas ſit elicita*. In colatura diſſolue caſſiæ recenter extractæ, *ne diuturniori mora natalem humiditatem & lubricantem vim amittat*. ʒ. vj. diaprunor. ſimplic. *recipit enim pulpam caſſiæ & tamarindos & rhabarb.* ʒ. iiii. mellis violacei & ſucci mercurialis & ciclæ, *pro ſtimulo*, an. ℥ j. olei viol. ℥. ii. fiat enema, vel hoc exhibeat.

℞. Medullæ caſſiæ recenter extractæ, ʒ. x. *vt parum eſt actuoſa, ſic eius doſis eſt augenda, vt non faſtidiat, & faſtidio naturam commoueat*, Syrupi viol. ℥ j. decoctionis florum & fructuum cordial. q. ſ. fiat potio danda ante acceſſionem, mane non exeundo à cubiculo donec operata ſit. Verùm ſi hæc potio ventrem plane non expurgarit & patiens nauſea infeſtetur, vt materiam eam facientem educamus ad vomitum ægrum ſic adducemus.

SCD Lyon 1

℞.Syrup.acetoſæ ſimpl.℥.ii. *ab aceto enim craſſa pituita, extenuatur ſubſtantiæ ventriculi firmiter adhærens extenuataq; miſcetur potioni, quæ cùm expultricis vim commouerit ſimul materiam nauſeabundam euocat*, fiat ſic vomitorium addendo aquæ tepidæ,℥.iiii.*quemadmodum enim frigida ſubſtantiam vẽtriculi firmat, ſic tepida eam exoluit.* Miſce, fiat potio, *detur circa initia acceſſionũ, vt ventriculo bene expurgato cætera remedia artificioſius admoueantur, maximè cum in principiis morborum & paroxiſmorum natura ſeſe erigat & excitet ad expellendum, atq; vbi medicus inuenerit materiam diſpoſitam vacuationi iubere debet ægrum digitum vel pennam, oleo communi intinctam in os immittere, & ita vellicare os ventriculi, quam vellicationem etiam illius fundo communicat, vbi materia vomenda ſupereſt & reſtat, quod in dicta febre morbifica cauſa ſit flaua bilis, quæ in ægris immaniter ferocit, ideo inueniendum fuit remedium quod eius ferociam & amaritudinem educeret, hanc ob itaque cauſam iulapia ſaccharo condita & compoſita ſunt & inuenta, hæc autem ita paramus.*

℞. Syrupi de endiuia compoſ.℥.iiii. *hepatis intemperiem calidam, primò delebit, ſecundariò cordis*, ſyrup. acetoſ. ſimpl. & ſyrup. nymph.an ℥.ii.*arcent putredinem, & flos nymphea multum refrigerat*, aquar. nymph. endi-



SCD Lyon 1

uiæ & acetoſæ, an. ℥.vj. fiat iulapium pro quatuor doſibus matutinis, *tot enim doſes requiruntur ad bilem purgationi diſponendam,* nam licet humor ſit tenuis & calidus, quoniam putridus in naturalem ſtatum eſt reuocandus per pepaſmum, id eſt, concoctionem eiuſmodi humoribus debitam, niſi enim concoqueretur eductioni eſſet inepta, & difficile cathartico cederet, imò vix ſubduceretur & grauia ſymptomata inferret, ideo eſt concoquenda, quæ concoctio ex vrinis apparet, & ita apparata & concocta materia facilius ſequenti cathartico cedet.

℞. Medull. caſſ. rec. extract. *quia bilem educit*, ℥. vj. rhabarb. in aqu. endiuiæ per diem naturalem infuſi & expreſſi, ℥. j. ß. *ſic enim innatam omnem humiditatem deponit, eſt enim valde cholagogum*, ſyrupi violacei, ℥. j. decocti ſolutiui, q. ß. Miſce, fiat potio quæ detur finitis ſyrupis mane cum cuſtodia & regimine artis.

## *Alia potio.*

℞. trium flor. cord. *id eſt, violar. Bugloſſ. & Borrag.* an. p. j. quatuor ſemin. frigid. maior. an. ʒ j. prunor. dulc. paſſul. mundat. an. par. vj. thamarind. elect. ʒ. vj. infun-

SCD Lyon 1

dantur omnia in aq.fontis, q.ſ.per noctem, & deinde coquantur, in colatura, diſſol. medullæ caſſiæ recenter extract. ℥.vj. rhabarbari electi per diem infuſi & expreſſi,℥.j.ſ.ſyr.viol.℥ j.Miſce,fiat potio, detur poſt vſum ſyrupi modo priori.

## *Bolus ad intemperiem calidam & ſiccam corrigendam.*

℞.puluu.triaſant. & diatragacant. frig. an. ℈ j. conſ. viol. & nymph. an. ʒ. j. ſacchari parum,fiat bolus, detur poſt diem aſſumpti cathartici cum aquis ſequentibus.

℞.aquar.endiuiæ Bugl & acetoſæ, an. ℥.j.ſ. *quibus fit vt cordialium medicamentorum vires ad intimas partes perducantur.* Et hæc pro febris feritate. *Sed cùm dicta febris multa eaque vehementia inuexerit, illis ſic erit occurrendum. Primò ſi ſitis torqueat ea cohibenda eſt, nequaquam tamen initio acceſſionis eſt bibendum, quia potio, quæ tunc accedit, natura motum peruertit, quæ nullis aſſumptis ab opere ſuo eſt auocanda. Simili ratione in augmento nō eſt concedenda potio, in vigore autem & in ipſius fine, hoc eſt in principio declinationis æger bibere poteſt, dummodo non adſint obſtructiones quæ impediant. At cum aquæ potio, natiua frigiditate*

SCD Lyon 1

*tate calori innato nocere poſſit, inueniẽdum fuit remedium quod aquæ intemperiem refrænaret. Nonnulli eam diu in ore retinent, vt eam reprimant, ſed cum illi ſit innata, vix eam deſeret quantumuis retineatur. At minus lædet, ſi eam intermiſceamus conſeruis, & pulueribus cordialibus in hunc modum.*

*Conditum.*

℞. Conſer. flor. violar. nymph. & Bugloſſ. an. ℥.j. pulu. triaſant. & diamargar. frig. an. ʒ j. quatuor ſemin. frigid. maior. contuſ. an. ℈.j. ſacchari parum, fiat conditum, de quo ſumat cochlear vnum per ſe, vel cum aqua laudabilis fontis. *Sitim autem reſtinguet refrigerando & ventriculum corroborabit*, & vt plane ſitim moleſtam extinguamus tale præſcribi debet.

℞. Syr. acetoſæ & nymph. an. ℥.iii Miſce, vtatur cum aqua potabili.

*Si apparuerint ſigna coctionis in vrinis in quibus ſe manifeſtare ſolent, circa quartam acceſſionem cum ſecuritatis indiciis & mali moris non ſit, tunc frigidæ ægri tantum bibant, donec facies liueſcat, & donec calor febrilis videatur extinctus. Etenim ex illa velut pugna tantus poſtea ſudor erumpet, vt febrem plane ſoluat. Verum cum totũ os & lĩgua inareſcat*

SCD Lyon 1

*humiditate ab igneo calore deſcripta, ſolemus quaſdam formulas lupini ſemini ſimiles formare quæ in ore volutantur & maſticantur, ſicque humiditas è cerebro quædam euocatur quæ aridam linguam humectat, ſunt autem eiuſmodi.*

## *Formulæ ſeu rotulæ ſaliuales.*

℞.ſemin.pſil.& cydoniorum, an ℥.iii. ligentur in ſindone rub. & fiant formulæ ſeu rotulæ, cum aq.ſolani, nymph. & roſ. ex his vnam teneat in ore & maſticetur: *quoniam ex maſticatione fit quædam muccago ex ſeminibus dictis, quæ totum os abluit: & ſic ſubſequitur leuamen: At cum omnibus modis ſit fugienda illa intemperies, ac oporteat humiditatem ſubſtantificam fouere, ac continuo ægrum victu humido nutrire, ideo ſolemus illis iuſcula ex carnibus elixatis parare. Verùm quoniam empireuma aliquod redolent, vt huic præuiderent medici conſuluerunt, iuſculis refrigerantibus quædam ſemina hoc modo incoquere.*

## *Iuſculum.*

℞.quatuor ſem.frig. maior. & contuſ an. ℥.j.ß.papau.albi & lactucæ. an. ℥.ß. ligentur in panno lineo ad pondus, ℥.j. & bulliant in iuſculis. *Sic enim vim ſuam decoctione deponunt multipliciter, & ita vtiles redduntur propter dictam intemperiem quæ ægros vigiliis & prauis*

SCD Lyon 1

*prauis inſomniis infeſtat eductis& correctis humoribus peccantibus, itaque vt huic malo medici occurrerent, ſequente potione vtuntur.*

## *Potio.*

℞.ſyr.de papau.℥ j ß.aq.lactucæ, ℥.ii. aq. nymph.℥ j.Miſce, fiat potio, detur hora ſomni. *Etenim compoſita hæc medicamenta intemperiem diſſipant, & in ſtatum naturalem deducunt, ſomnum conciliant, licet ſyr. de papau. aliquando ſit ſuſpectus, niſi vires præſtent. Ad id cum in quaque febris ſpecie ſummus ſit dolor capitis, muneris eſt medici eum pro artis efficacia depellere, quippe qui animales omnes functiones interturbat: ſic autem expelletur.*

## *Frontale.*

℞.olei roſ.omphacini ℥.iiii.aq.roſ.& aceti roſ.an.℥.ii.album.ouor.numero ii.agitentur ſimul & imbuantur panni linei, fronti applicandi, *propellit namque vapores ad caput delatos, ſimulq́; per nares ad cerebrum plus æquo calefactum, refrigeratoriam vim defert, ad id quod refrigerat, & conſequenter dolorem ſedat. Dictum eſt ſæpe bilem flauam exactam tertianam producere, in qua ſcilicet bilis ſimpliciter dicta dominatur, quæ aliquando tanta eſt, vt quamplurima plus æquo aut per aluum, aut per vomitum à natura*

SCD Lyon 1

*reiiciatur non ſine magna virium proſtratione ad id hoc cataplaſma ventriculi regioni medici adinuenerunt.*

## *Cataplaſma.*

℞. fol. mentæ virid. exactiſſimè contuſ m.iii. medullæ papau. albi, ℔.j. coque ſimul in aceto fortiſſimo quouſque reducantur in forma pultis, addendo in fine roſar. rubr. tritar. ſubtiliſſ. p.iii. pulu. maſt. ℥ ß. puluer. corall. rub. ʒ.ii. lachrym. ſang. drac. ʒ.j. fiat cataplaſma, quod imponatur regioni ventriculi. *Conſtat enim medicamentis ventriculum corroborantibus, à cuius imbecillitate prodit malum, influxum recipientis præ imbecillitate bilis, qua oppletus non poteſt ſe exonerare per quãlibet viam, at quoniam cataplaſmata non adeo inhærent partibus quemadmodum vnguenta, hæc itaque ſi ita videatur parari poterunt.*

## *Vnguentum.*

℞. Olei cydon. ℥. iiii. olei de menta, ℥.ii. pulu. corall. rubr. ℥. ß. pulu. maſtic. & ſanguin. dracon. optimi. an. ʒ. ß. ceræ albæ, q. ß. Miſce, fiat vnguentum quo inungatur regio ventriculi, ſicque cohibentur eiuſmodi excretiones ſymptomaticæ, interdum tantus eſt iſtius febris ardor, vt etiam poſt bilis purgationem præter modum incaleſcant

SCD Lyon 1

leſcant iecur renes & partes adiacentes, cui ardori quamprimum eſt occurrendum ne febrem quodammodo ſopitam denuo exſuſcitet: ita autem his inflammationibus medebimur.

*Aliud vnguentum.*

℞. Olei roſ. omphac. ℥. vi. ceræ albæ, ℥. j. ß. Miſce, fiat vnguentum in duplici vaſe quod lauetur in aq. frigid. vt imbibatur aqua quantum imbibi poterit, & eo recentiſſimo inungatur regio hepatis, renum, &c. addendo inunctionis tempore aceti albi parum ad penetrationem, idq; extra acceſſionem & finitis ſudoribus ne naturæ motum impediamus. Si autem ventriculus fuerit admodum relaxatus & frequens ſit vomitus, loco ſyrupi acetoſi ſimplic. antea præſcripti ſufficiet oxiſacchara ſimplex, non enim adeo acetoſum & acre eſt, eſt autem acetoſitas & acrimonia ſubſtantiæ ventriculi & neruorum inimica, quare aduerſus ſitim hoc vtemur.

℞. Oxiſacch. ſimpl. & ſyr. nenuphar. an. ℥. iii. Miſce, vtatur tempore ſitis cum aqua, & loco præſcripti conditi, accipe mixturam ſequentis deſcriptionis.

℞. conſeru. roſ. nymph. & Bugl. ſpecier. electuar. triaſantal. & diamarg. frig. an. ʒ. j.



SCD Lyon 1

℞. ſacchari roſati tabellati parum. Miſce, de hac mixtura capiat cochleare vnum vrgente ſiti ex ſe vel cum pauco aquæ fontis, *nam hæc mixtura ventriculum quaſi exſiccatum à febrili ardore liberat & refrigerat atque humectat ipſum corroborando ſuperbibendo ex ſyrupis præordinatis, vt ſitis penitus extinguatur, vt ſupra dictum eſt. Vbi verò minorantia præſcripta fuerint, cum nulla alia remedia ſuperſint, habebis rationem apotherapiæ ægrotantis, quare in fine cibi mandere poterit aliquod fruſtulum carnis cydoniorum cum ſaccharo condit. circiter ℥. ß non autem cum melle paratorum cum ſit calidius, quinetiam ad eundem finem poterit æger in ore volutare ceraſa acria condita cum ſaccharo & id genus alia quæ habent vim aſtringendi & refrigerandi corroborando.* Atque hæc dicta ſufficiant de exacta febre tertiana.

## CAPVT II.

### *De tertiana proportionata dicta.*

POSTQVAM de febribus tertianis tractare conſtituimus, reliquum eſt, vt nunc de tertiana proportionata dicta verba faciamus: eſt autem ob id ſic denominata quod prædictæ tertianæ portione quadam reſpondeat, & à Græcis καῦσος verus & ſincerus eſt nuncupata, nam vt ea cauſam habet biliosum humorem & ſincerum, ſic & καῦσος: neque enim

nim aliter inuicem differunt, niſi quod prædicta ſit intermittens, καῦσος verò continua febris: etenim licet tertiana quædam videatur nos continenter affligere, tamen vera & genuina non dicitur, quoniam certam quandam præ ſe fert remiſſionem, non niſi ab oculatis & peritis medicis perſpectam, & cum tantæ ſit difficultatis, ſunt hæ febres diligenter diſtinguendæ, ne vna pro alia ſumatur, itaque ſigna pathognomonica diligenter ſunt perpendenda, quæ nos ad veram differentiam ducant: & ne ab incepto ordine diuertamur, videndum eſt in primis an aluus ſit libera, an etiam facultas expultrix irritatur febrili ardore, quæ ſi irritatur non pauca infert incommoda, & ſi res ita habeat, præſcriptum enema iniiciemus circa inſultus febris primum & citius quam fieri poterit, tum poſtea minoratiuum ſequens, quod eſt tale, vt materiam peccantem ſenſim non autem affatim minuat atque deturbet ſine corporis conturbatione.

*Potio minorans.*

℞. Medullæ caſſiæ recenter extractæ, ℥. vi. diaprun. ſimplic. & pulpæ tamarind. elector. an. ℥. ii. ſyr. viol. ℥. j. aquar. acetoſæ & Bugloſſi, an. q. ſ. Miſce, fiat potio, detur mane ieiuno ventriculo horis tribus



SCD Lyon 1

ante cibum die præcedenti reiecto enemate iniecto: *poſſumus enim caſſ. a ſecurè vti, nequaquam elect. de ſucco roſ. de pſillio, diaprun. ſolut. & aliis eiuſmodi ſcammoniatis, quæ ſcilicet ſcammonium recipiunt, quoniam eſt maximè calidum, & ſic potius calorem augeret, quàm bilem refrenaret. Abſtinendum quin etiam eſt à pillulis quales ſunt, aureæ, de fumaria, &c. quæ præter quam quod maxime calefaciant, ita deſiccandi vim habent, quæ duo plurimum exagitant cauſone laborantes. Abſtinendum etiam erit à venæ ſectione, quia peccans humor à ſanguine ſegregatus eſt, & quoniam in talibus febribus vires parum conſtant, quæ magis à ſcammoneato medicamento frangerentur: at ſatius erit bilis feruorem reſtinguere ſyrupis refrigerantibus quales ſuperius præſcripſimus, aut eiuſmodi formula vti ſi prior non ſufficiat.*

*Iulepus.*

♃. Syr. de endiuia compoſit. & ſyr. de nymphea, an. ℥. j. ß ſyr. acetoſæ, ſimpl. ℥. ſ. aq. end. nympheæ & aceti roſati, an. ℥. iii. Miſce, fiat Iulepus, clarificetur, pro quatuor doſibus, mane, poſt operationem medicamenti minorantis.

♃. Electuar, triaſ. ℥. j. capiat tabellam vnam poſt quamlibet ſerapii aſſumptionem, *idque ad vires ventriculi reficiendas quas fregit vſus refrigerantium.*

Ordo

SCD Lyon 1

Ordo communis exigit, vt poſtquàm euacuationi diſpoſita eſt materia eam euacuemus, at quoniam magna ex parte die quinto rigor ſuperuenire ſolet, qui cauſon ſoluit, ſudore, vomitu, & alui fluxu, vel largo vrinæ profluuio, fiatque perfecta & integra criſis, tunc ſatius eſt ſyrupos continuare quàm ſolutiuum dare, vtpote quod plurimũ etiam præter modum commoueat, ita vt æger imbecillior fiat præ ardore. Itaque in ſupra dicta tertiana exquiſita non fuerit opus vti cardiacis, vt in cauſo cogimur ob eximium calorem, cui obuenire omnibus modis eſt neceſſe tam epithematibus cordis regioni admotis, quàm aërem alterando & cubiculum irrorando aceto, aqua, foliis vitis, ſalicis, arundinis, viridibus & aliis inſigniter refrigerantibus, deinde parentur murmuria ad inſtar riuorum defluentium, & breuiter omnibus modis occurrendum eſt, ſi æſtas fuerit vt aër ambiens refrigeretur, & ſuper præcordia & præcordia & pectus adhibebuntur epithemata ſequentia.

## *Epithema.*

℞. aq. endiuiæ acetoſæ & roſ. an. ℥. iiii. aquar. nympheæ & roſar. an. ℥. ii. puluer. omnium ſantalorum, an. ʒ. j. puluer. roſ.



SCD Lyon 1

rub.viol.& nymph.an ʒ.ſ gr.k rmes, ℈.ii.aceti roſati, ℥.j. Miſce, fiat epithema quod regioni cordis & pręcordiis tepide cum pãno coccineo per interualla admoueatur, & præſertim ſi ſudores critici non ſuperueniant.

*Adde quod in cauſo ſi vnquam vſus aquæ copioſæ aptusſit, hic ſe offert, maximè verò ſi corpus ſit robuſtum & nihil ſit quod vetet, vt vigor febris in aliis temporibus febris excedere in potu non eſt plane à ratione alienum, etſi aqua inſigniter frigida ſit, vt actuali frigiditate immenſum illum ardorem extinguat, præſentaneum remedium febrium ardentium erit: inſuper ægri in hoc affectu corripi ſolēt immoderatis vigiliis, ideo ſi iuſculis vtantur non omittemus illis incoquere ſemina papaueris albi & lactucæ, nec non quatuor ſemina frigida maiora, quæ impenſe refrigerant, deinde danda erit potio ſomnifera hora ſomni in forma præcedenti, vel ſi vires fuerint imbecilles in hunc modum.*

℞. ſyr.de pap.℥.j.ſ. confect. alkerm. ʒ.ß. pulu. triaſantal. & diamarg. frig. an. ℈. j. aq. nymph ℥.ii. aq. bugl. & lact. an. ℥.ſ. Miſce, fiat potio detur hora ſomni. *Si autem propter vigilias immineat delirium ſolet addi in prædictis potionibus confectio requiei Nicolai, qua tamen non eſt vtendum niſi maxima vrgente neceſſitate, vtemur ſimiliter oxirhodino ſuper frontem & tempora, quod ſi hæc non ſufficiant hoc ſequēs cataplaſma erit parandum.*

Cata-

SCD Lyon 1

*Cataplaſma.*

℞.ſucci ſemperuiui maioris, vmbilici veneris & ſolani, an.℥.iiii. aceti vini albi,℥.j farinæ hordei, q.ß. fiat pulticula, quæ inſtar cataplaſmatis ſuper frontem & tẽpora applicetur. In ea occaſione etiam valet vnguent. roſ. vnguent. populeum, oleum frig. Nicolai, deinde parari poterit lotio pedum & crurum, quæ ita fiet

*Lotio pedum.*

℞.fol.cann.virid.fol. vitis albæ viniferæ, vio. lactucæ recent. an. m.ii. quatuor ſem. frig. maior. contuſorum, an.℥.ii. capitum papau. albi paria vi. cortic. rad. mandragoræ, flor. viol. roſ. & nymph. an. p.iii flor camomillæ p.ii. ſeminis aniſi.℥.ß. fiat decoctio, de qua hora ſomni tepidè lauentur crura, tibiæ & pedes.

## CAPVT III.

*De tertiana non exquiſita.*

ACturi de tertiana non exquiſita, imprimis cauſam morbificam deſignabimus, hæc autem non à ſimplici & ſincera flaua bile oritur, vt tertiana exquiſita, ſed à pallida aut citrina bile, non veræ enim bilis hæ duæ ſunt differentiæ, vt vna ſit vitellina, altera citrina, aut



SCD Lyon 1

ſi volumus vti nominibus Auicennæ dicemus bilem non ſinceram eſſe duplicem, nempe maioris famæ & minoris, bilis ſpuria maioris famæ commiſcetur pituitæ tenui & vocatur bilis citrina; aut immiſcetur cum pituita craſſa, & dicitur vitellina bilis: at bilis vitellina apud Galen. hæc non eſt, ſed potius cum bilis naturalis ſuperaſſatur præter naturam craſſiorque ſeipſa multò deterior redditur: quare hæc raro efficit febres tertianas exactas, ſed potius cauſos pernitioſiſſimos, & qui nullum errorem medicorum admittunt, quamobrem debet medicus diligenter proſpicere, num hic humor ſit impactus in aliquo viſcere, quemadmodum v.g. in pulmomonibus, in ore ventriculi, in hepate & aliis eiuſmodi propinquis partibus cordis, & debet propellere cum maxima ſolertia, & habitaratione vitium, & quæ fit ex bile pallida, quæ generatur ex permixtione pituitæ tenuis, longior quàm exacta, non tamen adeò facile diſcutitur & ſoluitur tertiana quæ fit ex bile pallida & admixtione pituitæ craſſæ & glutinoſæ. fiat igitur initium febris curationis in hunc modum: & primo clyſterem præſcribemus.

*Enema*

SCD Lyon 1

## *Enema ſeu Cliſter.*

℞. Decoctionis communis clyſteris, q. ß. diſſolue catholici & medullæ caſſiæ, recenter extractæ, an. ʒ. vi. mellis roſati colati & ſacchari roſ. an. ℥. j. olei viol. ℥. ii. Miſce, fiat cliſter, detur longe à cibo, & die ſequenti ieiuno ventriculo dabis minoratiuum ſequens in forma boli.

*Bolus.*

℞. Catholici, ʒ. vi. medullæ caſſiæ recenter extractæ, ℥. ß. ſacchari albi parum, miſce, fiat bolus, qui detur, mane ex ſe vel cum aqua graminis vel acetoſæ.

*Iulepus.*

℞. Syr. de endiuia compoſiti, ℥. iiii. ſyrupi capil. ven. & aceto. ſimplic. an. ℥. ii. aquar. Bugloſſi, Borrag. graminis & endiuiæ, an. ℥. iiii. miſce, fiat iulepus, clarificetur pro quatuor doſibus incipiendo poſt minoratiui aſſumptionem.

*Tabellæ.*

℞. Electuar. diarrhod. abb. tabellati, ℥. j. ſumat tabellam vnam, poſt quamlibet iulepi aſſumptionem.

*Notandum prætereà eo vſq; erunt continuãdi iulepi vel ſyrupi quouſque appareant ſigna con-*

SCD Lyon 1

*coctionis, & ſi natura non poſſit ex ſe humorem vitioſum euacuare poterit extra diem acceſſionis purgari hoc medicamento.*

*Potio.*

℞. Catholici & medullæ caſſiæ recenter extractæ, an. ʒ. iii. rhabar. electi in aq. endiuiæ per diem naturalem infuſi expreſſi. ʒ. j. ß. cinamomi electi gr. vi. in expreſſo diſſol. ſyr. roſati ſolut. ex infuſione roſ. ſine ſcammoneo, ℥ j. ß. aq. graminis & acetoſæ, an. q. ſ. fiat potio, detur poſt vſum ſyruporum in die electa cum cuſtodia & regimine artis.

*Bolus.*

℞. pulu. elect. triaſant. & diarrhod. abb. an. ℈. j. conſeruæ capil. ven. & flor. cicorei, an. ʒ. j. ſacch. albiſſ. parum, miſce, fiat bolus, qui detur poſt diem medicamenti in ſequentibus aquis.

℞. aquar. gram. Bugl. & acetoſæ an. ℥. j. ß. miſce, quibus vtatur vt antea dictum eſt. Si autem ſiti intolerabili corripiatur æger ſequentibus vtatur.

℞. Conſer. capil ven. & flor. cicorei, an. ℥. j. conſ. rad. Bugl. ℥ ß. elect. triaſant. & diarrh. abb. an. ʒ j. ß. ſacchari albiſſimi parum. Miſce, & de hac mixtura capiat cochlear vnum tempore ſitis per ſe vel cum modico aquæ fontis, deinde

℞. ſyr.

SCD Lyon 1

℞.Syr.acetoſæ ſimpl.& capil.ven.an.℥.iii. vtatur tempore ſitis cum aqua cocta, ſi autem vigiliis vexetur, his in hunc modum paratis æger vti poterit.

*Potio.*

℞. Syr. de pap. ſyr. capil. ven. an ℥.j. Miſce, fiat potio detur vrgente ſiti & hora ſomni.

*Notandum in hac febre vtile eſſe commouere vrinas & vbi apparuerint ſigna concoctionis & corpus decenter fuerit purgatum, mane frictionibus mediocribus æger vti debet, ſi autem æger liberè vomere non poſſit in principio inſultus prouocandus erit cum mediocri quantitate ſyrupi acetoſ ſimpl. & aq. tepida. Si autem fuerit tertiana ſpuria, ex bile ſcilicet vitellina, tunc incipienda eſt cura à cliſtere ſi aluus ſit dura, cuius formula erit eiuſmodi.*

*Clyſter.*

℞. decoctionis communis clyſteris ℔.j. in quibus diſſolue elect.catholici, ʒ.x. mellis roſati colati & ſucci mercurialis, an.℥.ii. olei viol ℥.ii. Miſce, fiat cliſter qui detur longè à menſa, poſtea purgandus erit æger eiuſmodi medicamento.

*Bolus* ἐκκαθαρτικός.

℞. electuar. catholici, ʒ. x. ſacchari albiſſimi parum, miſce fiat bolus detur mane

SCD Lyon 1

cum cuſtodia & regimine artis per ſe, vel diſſoluendo in aqua capil. ven. & Bugloſſ. *Verùm non poteſt commodius, quàm ſyrupis bilis vitellina domari, & continuandi diu venient ob illius contumaciam hoc modo.*

℞. Syr. de endiuia compoſ. & de duabus radicibus cum aceto, an. ℥. iii. oxiſacchar. compoſ. & ſyru. capil. ven. an. ℥. ij. endiu. ſum. & Bugl. an. ℥. v. aqu. fœn. & cap. ven. an. ℥. ii. ß. Miſce, fiat iulep. clarificetur pro ſex doſib. aſſumendo mane poſt minoratiui aſſumptionem, dum ſigna concoctionis apparuerint, purgabis hoc modo.

Recipe, elect. catholici. ʒ. vi. rhabarbari electi in vino albo & aq. endiuiæ per diem naturalem infuſi & expreſſi, ʒ. ii. cinnamomi electi, itemque infuſi, ℈. j. ſyr. capil. ven. ℥. j. aquar. graminis & Bugloſſi, an. q. ß. Miſce, fiat potio, detur poſt vſum ſyruporum recto obſeruato artis regimine.

*Bolus.*

℞. elect. diarrhod. ab. ʒ. ß. conſ. rad. Bugl. & capil. ven. an. ʒ. j. ſacch. albi parum. Miſce, fiat bolus, detur poſt diem medicamenti cum aquis ſequentibus.

Rec. aquar. Bugl. capil. ven. & gramin. an. ℥ j. Miſce, vtatur vt dictum eſt.

*Præ-*

SCD Lyon 1

*Præterea nota quod viribus valentibus valet phlebotomia è baſilica dextra, quæ tamẽ non eſt adminiſtranda exiſtentibus cruditatibus, vel in ventriculo, vel in primis viis, quæ neque ſit larga ſeu copioſa, cum febris natura ſit diuturna, in qua vires quàm maximè fieri poterit ſunt conſeruandæ. Præterea ſi detur ptiſſana hordacea Hippocr. quam vulgo hordeum mundatum vocant, non debent huic miſceri porri cum anetho quemadmodum olim fiebat, tamen illi ſunt immiſcenda ad illius viſciditatem incidendam quædam incidentia & attenuantia, vt radices fœnic. petroſel. & alia eiuſmodi, adde inſuper quod hæc febris in ſextum menſem vſque prorogatur. Quare ſi in principio paroxiſmi nauſea aut cibi faſtidium proruperit, optimum erit ad euacuandum ventriculum vti vomitorio ſequenti inchoando à lenioribus.*

### *Vomitorium leuius.*

Recipe, ſyr. acetoſi ſimpl. aceti acerrimi, ℥. j. ß. decoctionis paſſul. à gigartis mundatar. ficuum albar. ad duplum ſyrupi, fiat potio & detur: & poſt horam vomitus prouocetur titillando gulam digito, quod ſi ſufficienter non prouocet, fortiori vomitorio erit vtendum.

### *Vomitorium leuius.*

Recipe, oximellis ſquillit. & oximell.

SCD Lyon 1

ſimpl. an. ℥. j. aquæ raphani ſilueſt ℥ iiii. Miſce, fiat potio detur tepida.

*Nota etiam in hac febre ſolere ſuperuenire ſopores profundos, vt coma & alia eiuſmodi, quorum curatio ex propriis capitibus petenda eſt in quibus ex profeſſo accuratè tractantur: neque vnica ſufficiet purgatio, ſed eam bis terve geminare conuenit, idque ex medici adſtantis conſulto iudicio fiet, quod ſi medicamentis non cedat & materia peccans ſit incocta ac proinde cruda eam præparabimus ac minuemus hoc ſequenti decocto vel apozemate.*

*Apozema.*

℞. quinque rad. aperitiuar. & diuretic. in aceto ſcillitico per diem naturalem temperatarum, an. ℥. j. & ſi præcordia ſint tenſa & potiſſimum ſiniſtrum, accipies corticis rad. cappar. median. fraxin. & tamariſ. an. ℥. ſ herb. capil. bugl. cum toto, borrag. cicor. endiuiæ, ſcabioſæ, abſynth. pontici, an. m. j. fol. camedr. camepith. & mercur. an. m. ſ ſem. melon. ℥. j ſem. aniſi & maratri, an. ʒ. ii. vuar. paſſul. à g gartis mundat. par. vi. fiat decoctio ad ℔. ii. & in colat. diſſol. ſyr. acetoſ. de biſant. an. ℥. iii. fiat apozema mediæ decoctionis addendo ſyr. capill. ven. & de cicoreo compoſ. an. ℥. ii. clarificetur & aromatizetur, cum cinnamomi electi & ſantali rub. an. ʒ. j. ſ. pro ſex doſib. matutinis

SCD Lyon 1

matutinis capiat longè ab acceſſionibus; vbi materia peccans concocta apparebit hoc cathartico purganda erit.

℞. agarici recenter troch. ʒ j ß. zinziber. & ſalis gem. in oxymelite inful. an. ℈. ß. cathol. ℥ ß elect. de citro ſolut. ʒ iii. ſyr. capil. ven. ℥. j. Miſce, & cum præſcripta decoctione apozematis q. ß. fiat potio quæ detur cum cuſtodia & regimine artis.

*Nota quod loco elect. de citro ſolut. poteris diſſoluere diaph. diacarth. elect. indi maior & id genus ſoluentia, quæ vim habent educendi bilem cum pituita muccilaginoſa & viſcida.*

*Bolus.*

Rec. pul. roſ. nouel. & diarrh. abb. ex deſcriptione communi, an. ℈. j. conſer. capil. ven. & flor. cicor. an. ʒ j. ſacchari albi parum, miſce fiat bolus qui detur poſt diem medicamenti purgantis cum aquis ſequentibus.

Rec. aq. ſcabioſ. gramin. & end. an ℥ .ß. Miſce, vtatur vt dictum eſt. *Notãdũ præterea quod in hac febre proſũt opiatæ iã diu fermẽtatæ vt rubia trochiſcata ex deſcriptione Nicol. & lipopirous vocata & alia eiuſmodi ſymptomata q̃ ſolet huic febri ſupuenire ſũt rigor vehemens cũ frigiditate inſigni, præterea tẽſio præcordiorũ, proſtratio appetitus, cachexia, malus corporis habitus, tumor pedum, & alia id genus quæ febres diuturnas ſequũtur, pro quorum omnium curatione recurrẽdum eſt ad propria remedia, ſi tamẽ*

SCD Lyon 1

*rigor inſignis infeſtet cum frigiditate, inungatur æger per duas horas circiter ante acceſſionem vnguento ſequenti.*

*Vnguentum*

℞. olei de piperib. & de euphorbio an. ℥ iii. olei nardini & keirini, an. ℥ ii. ceræ citrin. q. ß. Miſce, fiat vnguentum quo inungatur ſpina dorſi diſtrahendo à renibus reſideatque æger in lecto & cubili calido neque dormiat, *nunquam enim eſt dormiendum ſi fieri poteſt, in principio acceſſionum neq; in augmento, ſed in vigore & declinatione. Animaduertendum etiam eſt, quod ſi oboriatur ſudor circa finem ſtatus, eſt ille accuratè obſeruandus, an ſit vniuerſalis nec ne, interim æger caueat ab aëre frigido & vento, & vbi ſudor refricuerit, non antea diligentiſſime reſiccetur & abſtergatur. Atq; hæc de tertiana proportionata, quam continuatam vocant, quæ illi proportione reſpondet, quæ dum curanda ſuſcipitur maiori cum ſollicitudine debet tractari; præterea ſi cauſus aliquis ſit ex eodem humore, periculoſus eſſe ſolet, nec niſi cum maxima diligentia tractari debet.*

## *De tertiana notha & minoris fama.*

Pro huius curatione nota quod ſolet hæc febris trifariam fieri, aut enim pars exuritur & tranſit in atram & minimè à

priore

SCD Lyon 1

priori bile ſeparatur, & hæc ſæpè ſolet accidere vel circa finem æſtatis, vel principium Autumni, & ſolet, ſi quiſpiam error committatur, vel ab ægrotante, vel à medico facilè in quartanam mutari.

Alia ſpecies tertianæ nothæ minoris famę eſt, dum miſcetur flaua bilis cum atra tenui, tertia eſt, dum permiſcetur cum atra bile craſſa & terreſtri, & omnes hæ febres minima de cauſa in quartanas mutantur.

*Pro curatione primæ ſpeciei oportet primùm incipere à clyſtere iam ſæpè præſcripto, nec non à minoratiuo, ſyrupi verò diſponentes peccantem materiam, & coquentes, hoc modo præſcribi poterunt.*

*Iulepus.*

♃.ſyr. de end. compoſ. ℥.iii, ſyrup. cap. ven. & de ſcolop. an. ℥.ii.ß. aquar. bugloſſ. fum. & lup. an. ℥.v. miſce, fiat iulep. clarific. pro quatuor doſibus mane incipiendo poſt minoratiui aſſumptionem, deinde

*Tabellæ.*

♃.elect. diamargar. frigi ℥.j. capiat teſſellam vnam, poſt quamlibet ſyrupi aſſumptionem.

*Potio.*

♃.Cathol. & diaſen. ſol. an. ʒ. iii. rhabarb. elect. in aqua end. per diem naturalem infuſi & expreſſi, ʒ.ii. interioris cinnamomi elect.



SCD Lyon 1

eodem modo infuſi & expreſſi, ℈ j. ſyr. viol. ℥. j. aquar. bugloſſ. & acetoſ. an. q. ſ. fiat potio, danda poſt vſum ſyruporum in die electa mane cum cuſtodia, deinde:

*Bolus.*

♃. pulu. elect. triaſantali & de gemmis an. ℈. j. conſ. viol & radic. bugloſſ. an. ʒ. j. ſacchari albiſſ. modicum, miſce, fiat bolus, qui detur poſt diem medicinæ cum ſequentibus aquis:

♃. aquar. end. bugloſſ. acetoſ. an. ℥. j. ß. miſce, vtatur vt dictum eſt.

*Nota quod in hac febre nulla occurrunt alia ſymptomata, quæ non ſint communia aliis febribus, quocirca illis erit prouidendum, vt in ſuperioribus dictum eſt. Si autem accidat circa finem æſtatis aut principium autumni, ſolet facile verti in quartanam vel in erraticam, quæ eſt quartanæ initium, itaque maximè prouidendum eſt, vt euchymis alatur, caueatq; ab iracundia & ab omnibus motibus inſigniter calorificis, debetq; teneri venter laxus, & omnes meatus aperti, vt ſit libera omnium excrementorum expulſio.*

De

SCD Lyon 1

### *De ſecunda ſpecie, id eſt, quando miſcetur flaua bilis cum atra tenui.*

SI autem interueniat aut ſubeat ſecunda ſpecies febris tertianæ minoris famæ, initio ſi aluus ſit dura, poteris vti enemate præſcripto, & deinde dato illo propinabis minoratiuum ſequentis deſcriptionis.

*Minoratiuum.*

℞. medull. caſſiæ nuper extractæ & catholan ʒ.iii. diaſennæ ſolut. ℥.ß. ſacchari albiſſimi modicum, miſce, fiat bolus, qui detur in die electa mane cum cuſtodia, ex ſe, vel diſſoluendo in aquis capil. ven bugloſſ. & acetoſæ, deinde:

*Iulepus.*

℞. ſyr. de edend. compoſ. & de bugloſſ. an. ℥.iii. ſyr. cap. ven. ℥.ii. aqu. bugloſſ. fum. acetoſæ. an. ℥.v. miſce, fiat iulep. clarif. & aromat. cum pul. diamarg. frigid. & electuar. de gemmis, an. ʒ.j. pro quatuor doſibus mane inchoando poſt minoratiui operationem, deinde:

*Potio.*

℞. diaſenn. ſolut. ʒ.vj. rhabarb. elect. in aqua end. per diem naturalem infuſi & expreſſi., ʒ.ii. interioris cinnamomi electi ſimili modo infuſi & expreſſi, ℈ j. aquar. bu-



SCD Lyon 1

gloſſi & acetoſæ, infuſionis epithymi Cretenſis cum pauco thymo, an.q.ß. miſce, fiat potio, quæ detur ſtato tempore, poſt vſum ſyruporum cum cuſtodia, deinde

*Bolus.*

℞.pul.elect. de gemmis & triaſant. an. ℈.j.conſer.rad Bugloſſ. & flor. cichorii, an.ʒ.j. ſacchari albiſſ. modicum, miſce, fiat bolus, qui detur poſt diem medicamenti purgantis cum ſequentibus aquis.

℞.aq.bugloſſ.fum. & acetoſ.an.℥ j ß.miſce, quibus vtatur, vt dictum eſt.

*Et hæc etiam febris poteſt facilè verti in erraticam, aut in quartanam. Porro quæ circumfert ſymptomata, habet aliis communia: quare ad dicta remedia erit recurrendum.*

## *De] tertia ſpecie tertianæ ſpuriæ, hoc eſt, quando flaua bilis miſcetur cum atra & terreſtri.*

Tertia autem ſpecies tertianæ nothæ ſic profligari poteſt, maximè ſi venter ſit conſtipatus.

*Clyſter.*

℞.decoct.commun.clyſteris,℥.v. in quibus diſſolue catholici & diaſennæ ſol.an.ʒ.vj.mellis viol. & ſucci mercur. an.℥.ß. olei viol.℥.j.miſce, fiat clyſter, qui iniiciatur reiterando

SCD Lyon 1

gerando, quoties ex vſu erit. Porro quia ſuperior venter variis recrementis eſt infarctus, vtile erit ſequenti minoratiuo illum expurgare.

*Minoratiuum.*

℞. Cathol. ℥ vj. diaſ. ſol. ℥. ß. ſacchari albiſſ. modicum, miſce, fiat bolus, qui detur in iuſculo decoctionis folior. acetoſ. & Borrag. poſtea ad diſponendum humorem peccantem purgationi, his ſyrupis vtendum erit.

*Iulep.*

℞. ſyr. de end. compoſ. & oxyſacchar. compoſ. an. ℥. ij. ß. ſyr. capill. ven. & de bugloſſ. an. ℥. j. ß aquar. oxal. bugloſſ. & capill. ven. an. ℥. v. miſce, fiat iulep. clarif. pro quatuor doſibus à minoratiuo, deinde

*Tabella.*

℞. Electuar. diamarg. frigid. ℥. j. capiat teſſellam j. poſt quamlibet ſerapii aſſumptionem.

*Porro vbi concocta erit materia, dandum erit ſolutiuum ſequentis deſcriptionis.*

*Solutiuum.*

℞. quatuor ſem. frigid. mai. contuſ. an. ʒ. j. ſem. aniſi & maratri, an. ʒ ß. prunor. dulc. paſſul. à gigartis mundat. an. par. vj. polypod. querni recentis, glycirr. raſæ & folliculor. ſennę orient. mundat. an. ʒ. iii. epithymi Cre-



SCD Lyon 1

tenſis, ʒ.ii.flor.thymi, ʒ.ß.trium flor. comm. an.p.ii.fiat decoctio ad ℥.iiii.in colatura diſſol.cathol.& diaſennæ ſol. an. ʒ iii. rhabarb. electi in aqua end.& vino albo per diem naturalem infuſi, ʒ.ii.ſyr.capil. ven. ℥ j. fiat potio, quæ detur poſt vſum ſyruporum in die electa mane cum optima cuſtodia, deinde:

*Bolus.*

℞.pul.electuar. diamarg. frig.℈.j.pulu.elect.diarrho.abb.& de gemmis, an.℈.ß.conſ. cap.ven.& viol.an.ʒ j. ſacchari albiſſ. modicum, miſce, fiat bolus, qui detur poſt diem medicamenti cum ſequentibus aquis.

℞.aquar.end.bugl.& capil. ven. an. ℥ j ß. miſce, vtatur vt dictum eſt.

*Nota quod dum diſſerimus de hiſce febribus tertianis ſpuriis, tot ſunt differentiæ continuarum, quæ illis proportione reſpondent, præterea tot cauſarum genera, quæ omnia erunt curanda remediis antea præſcriptis vel ſimilibus, ſed cum magna prouidentia & ſagacitate, itaque dum cauſi erunt, vel tertianæ proportionales prædictorum generum, ſi quando vires collabuntur, oportet aliquoties recurrere ad inſtauratiua, quæ facilè concoquuntur, & euidentiſſimè vires reficiunt, vt v.g. ſi ſit cauſus ſpurius, vel tertiana continua, cum imbecillitate virium & præſertim vitalium, tunc:*

*Inſtaurans.*



SCD Lyon 1

℞.pulu.elect.diamarg.frigid.pulu.elect. diarrh.abb. & de gemmis an.ʒ.ij. miſce, & cum carnibus capi mundatis à pinguedine & pelle, & lotis cum aqua bugloſſi & acetoſæ, fiat inſtauratiuum in balneo Mariæ, addendo, ſi velis, folia auri, & cætera id genus.

*Similia inſtauratiua poterunt fieri addendo carnes perdicis, & cætera id genus, præterea ſecundum maiorem vel minorem ardorem, vel ſecundum ardoris ſpeciem poterunt facillimè pulueres tranſmutari, vt v.g. ſi fiat cauſus ſpurius cum virium imbecillitate, tunc poteris facere inſtauratiuum per ſequentem modum.*

*Inſtaurans.*

℞.pul. elect.triaſant. & diamarg.frig.an. ʒ.ij.pul.elect.de gemmis & diarrhod.abb.an. ʒ.j miſce, & cum carnibus capi præparati, vt prius, & carnibus perdicis fiat ſimiliter inſtauratiuum in balneo mariæ, de quo capiat per ſe, vel in iuſculis tanto tempore quanto ſolet æger egere.

*Dantur prætereà potiones cordiales, quæ ſimul ſomniferæ eſſe ſolent, id quod ſemper minimè neceſſarium eſt, ſi enim ægrotans benè dormiat, non eſt illi opus medicamentis ſomnum conciliantibus. faciamus igitur potionem ſomniferam per ſequentem modum.*

*Potio ſomnifera.*

℞.Confect.Alkerm.ʒ.ß. pulu.elect. diamarg.frig.& pul.electuar.de gemmis an.℈.j.

SCD Lyon 1

ſyrup. de papau ℥.j.ß. ſyrup. cap.℥.ß. aquar. Bugloſſ. capil. ven. acetoſę, an. q.ß. miſce, fiat potio, quæ detur hora decima nocte.

*Potio non ſomnifera.*

℞ puluer. electuar de gemmis & diamargar. frigid. an. ℈.j. confect. alkerm. ʒ.ß ſyrup. cap. ven. ℥.ß. aq. bugloſſ. capill. vend. & end. an. q.ß. miſce, fiat potio, quæ detur hora decima de nocte.

## Capvt IV.

### *De Febribus continentibus, quæ à ſanguine proueniunt.*

*Harum duplex eſt differentia: vna enim eſt ex ſanguine minimè putreſcente: altera verò ex putreſcente. & prima adhuc diuiditur: nam altera eſt à multitudine ſanguinis laudati, altera à ſanguine ſupercalefacto, ſed non putreſcente, & has febrium differentias poſuit Galenus medias inter ephemeras & putridas. Sit igitur nobis propoſitus febriens à multitudine ſanguinis laudati ſine vlla cruditate, ſed cum alui duritia, hanc enemate præſenti reparabis.*

*Clyſter.*

℞. Decoctionis communis clyſteris, 4. v. in quibus diſſolue medullæ caſſię recent. extract. ℥.j. mellis viol. & ſaccari rub. an. ℥. j. ß.

olei

SCD Lyon 1

olei viol.℥ ii.fiat clyſter, qui ſtatim detur, & *vbi emiſſus eſt, mox ſecanda eſt iecoraria vena dextri brachij, & extrahendus ſanguis ad lypothymiam vſque, ſi vires ægrotantis ſufficiant alioqui periculum erit, ne vena ſimul & arteria intercipiantur, & enecetur ægrotans. Quod ſi ſufficiens ſanguinis quantitas fuerit extracta, mox liberabitur æger, eò quod omnes morbi qui à plenitudine fiunt, vacuatione ſanantur. In talibus febribus ſolet præcipi inedia, nec ſine cauſa, atque ſi cruditas aliqua ſit in primis venis & in ventriculo, tum maius imminet periculum, eò quod neceſſum eſt perendinari & protrahi ſanguinis miſſionem, quouſque cruditas illa ſublata fuerit. Id quod tantum inedia corrigi poteſt & clyſtere leniente, aut ſaltem minorante admodum leui: non enim eo in caſu debet agitari ſanguis ſine vacuatione eiuſdem, alioqui pericula maxima emergunt, ſi autem ſanguis ſupercalefactus ſit cum alui duritia, poterit ſequens enema dari.*

*Clyſter.*

♃.decoctionis præſcripti clyſteris quart. v. in quibus diſſolue caſſiæ & diapr. ſimpl. an. ℨ.vj. ſacch. rub. & ſucci ſiclæ, an.℥.j. olei viol. ℥.ij. fiat clyſter, *quo reiecto mittatur ſanguis è baſilica dextri brachij ad lypothymiam ſi vires ægrotantis ſufficiant, deinde vtatur alterantibus ſequentibus.*

SCD Lyon 1

*Iulep.*

♃ ſyrup.de end. compoſ. & oxiſaccharæ ſimpl.an.℥.iii.ſyr.nymph.℥.ij.aq.end.acetoſę & ſcariol.an.℥.v.miſce,fiat iulep.clarific.pro quatuor doſibus mane, *deinde ſi aliqua purgatione egere videbitur.*

*Potio.*

♃.Medull.caſſ.recent.extract.ʒ.vj. rhab. electi,in aqua end. per diem naturalem infuſi & expreſſi,ʒ.j.ß. interioris cinamomi electi eodem modo infuſi,℈.ß.ſyrup.roſar.ſolutiui ex infuſione roſar. ſine ſcammoneo.℥.j.ß. aqua.acetoſ. & ſcariol. infuſionis tamarindorum elector. an.q.ß. miſce, fiat potio, quæ detur poſt vſum ſyruporum in die electa mane cum cuſtodia,deinde:

*Bolus.*

♃.pul.elect.triaſantal.& diamarg.frig.an. ℈.j.conſ.nenupharis & flor.cichorij, an. ʒ j. ſacchari albiſ. modicum, miſce, fiat bolus, qui detur poſt diem medicamenti cum aquis ſequentibus.

♃.Aquar.acetoſæ ſcariol.& end. an.℥ j.ß. miſce,quibus vtatur vt dictum eſt:

*Si antea ſitiat extra menſam poterit bibere per ſequentem modum.*

♃.Oxiſaccharæ ſimplicis,℥.iiii.ſyr.nenupha.℥.ij. miſce, quibus vtatur tempore ſitis cum aqua bullita,aut laudati fontis.

SCD Lyon 1

*Ratio victus debet eſſe tenuis, parca & humida, vnde vtilis eſt cremor hordei, vtilia ſunt pruna cocta, &c.*

*Si autem ſit à putredine ſanguinis, debemus perſpicere maximè, num ſanguis ille putreſcens ſit impactus in aliquo viſcere interno, de quo in præſentia diſputandum non eſt, ſed ad propria capita recurrendum, vt cùm adeſt phrenitis, vel angina, vel peripneumonia, vel pleuritis &c. Si autem ſanguis putreſcat, periculoſior febris eſſe dicitur, & in bilioſam febrem facilè tranſmutatur. hinc teſtatus eſt Galenus febres ſynochos à bile ortum habere, quorum triplex eſt genus* ἀκμαστικὸν, παρακμαστικὸν καὶ ὁμότονον *Maximè periculoſa eſt* ἀκμαστικὸς, *deinde* ὁμότονος, *ſalubris* παρακμαστικός: *ſi igitur nulla adſit cruditas, quæ ſanguinis miſſionem impediat, ſed ſit aluus aſtricta, mox indi debet clyſter ſimilis deſcriptionis.*

℞. vt ſupra, quo deiecto mittatur ſanguis à baſilica dextri brachij ad animi deliquium, ſi vires & ætas conſentiant. Die autem ſequenti poterit dari medicamentum ſequentis deſcriptionis.

*Bolus.*

℞. Medull. caſſiæ recenter extract. ʒ. v. diapr. ſimpl. & pulpæ tamarindor. elector. an ʒ.ij ß. ſacchari modicum, miſce, fiat bolus, qui detur in craſtinū per ſe, vel di-

SCD Lyon 1

ſoluendo in aqua oxalid. infuſionis tamarindor. deinde:

*Iulepus.*

℞. ſyr. de end. comp. & oxiſaccharæ ſimpl. an. ℥. ij. ß. ſyr. lymon. & nenuph. an. ℥. j ß. aquar. end. oxal. ſcaiiolæ an. ℥. v. miſce, fiat iulep. clarific. pro 4. doſib. de mane incipiendo poſt minoratiui aſſumptionem, deinde:

*Tabella.*

℞. elect. triaſant. ℥ j. capiat tabulam j. poſt quamlibet ſyrupi aſſumptionem.

*Potio.*

℞. trium flor. communium an. p. j. quatuor ſem. frig. maior. contuſor. an. ʒ. j. ſem. aniſi & marathri, an. ʒ. ß. prunor. Damaſcen. paſſul. à gigartis mundatar. an. par. vj. tamarindor. elector. ℥. ß. fiat decoctio ad ℥. iiii. in colatura diſſolue medullæ caſſiæ recenter extractæ, & tripheræ perſicæ, an. ʒ. iii. rhab. electi in aqua endiuiæ per diem naturalem infuſi & expreſſi. ʒ ij. interioris cinamomi electi, eodem modo infuſi, ℈. ß: ſyr. roſ. ſolutiui ℥. j. miſce, fiat potio, quę detur poſt vſum ſyrup. in die electa mane cum cuſtodia, *id quod eſt intelligendum, ſi nulla à natura tentetur criſis, ſi autem ſit magnus æſtus in hac febre, & ſigna concoctionis appareant frigida potio affatim data ſolet eſſe ex vſu: porro ſi ſitiunt,*

*poſſunt*

SCD Lyon 1

*poſſunt per ſequentem modum bibere.*

*Conditum.*

℞. conſ. viol. nenuph. & bugloſſ. an.℥.j. pul.electuar triaſant.& diamarg.frig. an.ʒ.j. ß.quatuor ſem.frig maior.mundator. & minutim conciſorum, an.ʒ ß. ſacchari albiſſimi modicum, miſce, fiat conditum, de quo capiat cochlear vnum, tempore ſitis per ſe, vel cum modico aquæ bullitæ, deinde:

℞.ſyrup.de lim & nymph. an.℥.iii.miſce, cum aqua bullita aut fontis & bibat.

*Nota quando in media curatione tam in hiſce feb. quam in alijs appareat alui aſtrictio, oportebit adhibere clyſteres emollientes, quales ſunt multi ex præſcriptis, quòd ſi aliqua ſuperuenerint ſymptomata, erunt inſtar ſupraſcriptorum percuranda, quemadmodum de inſtantia vigiliarum, de dolore capitis, de nauſea, de ſubuerſione ſuperius dictum eſt, oportet autem proſpicere maxima cum attentione febribus, quæ inducunt animi deliquia, quales ſunt illæ quæ à practicis vocantur ſyncopales minutæ, quandoquidem in talibus nunquam eſt propinandum medicamentum ſolutiuum, ſed oportet, vt ait Gal. 12. methodi ſummè prouidere deliquijs animi, & expectare quouſq; humor tenuis incraſſeſcat & coctionem ſuſcipiat. Vt igitur minimè fiat ſyncope ab humoribus tenuibus & morda-*

SCD Lyon 1

*cibus ſolemus præſcribere ea quæ ſunt gratiſſima ori ventriculi in hunc modum.*

℞. carnium cydoniorum conditorum cum ſaccharo, conſ. roſar. & nenuphar. an. ℥. j. pul. electuar. diamarg. frig. & elect. triaſant. an. ʒ j ß pul. coralli rub. & raſ. eboris, an. ʒ ß. quatuor ſemin frigid. maior. mundat. & minutim conciſor. an. ℈ j. ſacchari roſati tabulati modicum, miſce de mixtura, capiat cochlear. j. tempore ſitis, & etiam eo tempore quo ſolent ſuperuenire deliquia per ſe, vel cum modico aquæ bullitæ, deinde

℞. ſyrup. de granat. acetoſ. ℥. vj. quo vtatur tempore ſitis cum aqua laudata poſt aſſumptionem conditi, valet præterea in hoc caſu ſyrupus de agreſta, ſyrup. de berberis, grana berberis etiam in cibis vtilia ſunt. Solent etiam fieri auerſiones per frictiones, & cætera id genus.

## CAPVT V.

## *De Febribus Phlegmaticis.*

PHlegmaticarum febrium multiplices ſunt differentiæ ſecundùm varietatem humoris putreſcentis, nam pituita quandoque craſſa eſt, quandoq; tenuis, quandoq; dulcis, inſipida, acida, & quandoq; ſalſa, & aliquoties hi humores faciunt febres continuas, quandoq; intermittentes, ſis

SCD Lyon 1

*tes, ſic tamen vt intermiſſio falſa appareat, ferè eò quod ægritudo non peruenit ad perfectam infebricitationem. In cauſa eſt abundantia pituitoſi humoris, qui cum ſit frigidus & humidus, difficillime diſcutitur. Supponamus igitur vt ſit febris intermittens ab humore pituitoſo eodemq; tenui, & inſipido, aut acido, aut dulci, poteris incipere curationem in hunc modum, ſi aluus ſit aſtricta.*

*Clyſter.*

℞. decoct. communis clyſteris in aqua hordei 4.5.in colatura diſſolue catholici, ℥. x.mellis roſati colati, & ſacchari rubri, an.℥. j.olei violati, ℥ j. fiat clyſter, qui detur, vt dictum eſt, deinde;

*Bolus.*

℞. cathol.ʒ.x. ſacchari albiſſ. modicum, miſce, fiat bolus, qui detur per ſe, vel diſſoluendo in aquis graminis & betonicę, deinde

*Iulep.*

℞.ſyr.de ſtœcade & mellis roſ.col.an.℥.ij. ſ.ſyr.compoſ.acetoſi, & ſyr.cap.ven.an.℥.j ß. aquarum beton.bugloſ.& end.an.℥.iiii.miſce, fiat iulep.clarific. pro quatuor doſibus de mane incipiēdo poſt minoratiui aſſumptionem, & continuando quouſq; appareant ſigna cōcoctionis, nō enim hic humor vacuari debet antequam ſit concoctionis, deinde;

SCD Lyon 1

*Tabella.*

℞. Electuarium aromaticum roſ. ℥.j. capiat tabellam vnam poſt quamlibet ſyrupi aſſumptionem.

*Potio.*

℞. agarici optimi in melicrato infuſi, ʒ.j. ß. zinziberis & ſalis gemmæ, an. gran. vii. cathol. ʒ.vj ſyrup. roſ. ſol. ℥.j. ß. aq. beton. gram. & end. an. q. ß. miſce, fiat potio, quæ detur poſt vſum ſyruporum in die electa, de mane cum optima cuſtodia extra acceſſionem.

*Bolus.*

℞. pulu. aromat. roſ. & pul. diamb. an. ℈ j. conſeru. flor. roriſm. cap. ven. an. ʒ.j. ſacchari albiſſ. modicum, miſce, fiat bolus qui detur poſt diem medicamenti, de mane, cum ſequentibus aquis, & differendo cibum per tres horas.

℞. aqu. gram. beton. & cap. ven. an. ℥.j ß. miſce, quibus vtatur, vt dictum eſt. *Et nota quod hæc febris non ſolet curari vnica purgatione, ac ſolet produci ad quadrageſimum diem, præterea ſolet oboriri maxima imbecillitas in ventriculo, propterea in progreſſu poteris coquere materiam per ſequentem modum.*

*Iulep.*

℞. ſyrup. ſtœcados, & mellis roſati colati, ℥.iii. ſyrup. de byzantiis & oximelitis diure-

SCD Lyon 1

diuretici, ad ℥. ii. aquar. beton. mentæ cap. ven. & end. an. ℥. v. miſce, fiat iulep. clarific. pro ſex doſibus manè.

℞. elect. diambr. ℥. j. cap. tabulam j. poſt quamlibet ſyrupi aſſumpt.

℞. turbith. electi, ℈. iiii. zinziberis, ℈. ii. ſacchari albiſſimi, ʒ. ii. miſce, fiat pul. qui diſſoluatur in iuſculo cicerum nigrorum decoctionis foliorum hyſſopi, fiat potio, quæ detur poſt vſum ſyruporum in die electa mane cum cuſtodia.

*Bolus.*

℞. pulu. elect. diambr. & arom. roſ. an. ℈. j. conſ. flor. ſtœcados & corticis citri cum ſaccharo conditi, an. ʒ. j. ſacchari albiſſimi modicum, miſce, fiat bolus qui detur poſt diem medicamenti de mane cum ſequentibus aquis differendo paſtum per tres horas.

℞. aq. beton. bugloſſ. & mentæ, an. ℥. i. miſce, vtatur vt dictum eſt.

*Porro à parte exteriore roborandus erit ventriculus per ſequentem modum.*

*Vnguentum.*

Recipe, olei nardini, olei de menta, an. ℥. iii. olei muſcatellini, ℥. iiii. ceræ citrinæ, ℥ ii. ſ. pul. maſtich. ℥ j. ſtyracis calam. ladan. puriſſ. an. ʒ. ſ. gariophi. cinnamomi & coralli rub. an. ʒ. j. miſce, fiat vnguentum,



SCD Lyon 1

in duplici vaſe quouſque reducantur in formam cerati & eo inungatur regio ventriculi vt prius.

*Nota ſimiliter quod huic febri ſolent ſæpiſſime accidere ſopores profundi* κωματα κάτοχος *& lethargi, in quibus oportet medicum maxime eſſe prudentem & debet recurrere ad propria capita.*

## *De curatione quotidianæ phlegmaticæ prouenientis à phlegmate ſalſo, primum ſi aluus ſit aſtricta.*

*Clyſter.*

℞. Decoctionis communis clyſteris 4. v. in qua diſſolue catholici, ʒ. x. mellis roſati colati & ſacchari rubri, an ℥.j. olei viol. ℥.ii. fiat clyſter qui detur circa initia reiterando quoties erit opus; ſed nota quod in progreſſu vbi ſigna concoctionis apparuerint loco catholici poterit immitti vel benedicta deſcriptione Nicolai vel hiera pic. Galeni deſcriptione & cætera id genus quæ habent vim purgandi pituitam: porro vbi datus erit clyſter, poterit dari minoratiuum ſequentis deſcriptionis.

*Bolus.*

℞. Cathol. ʒ. x. ſacchari albiſſ. modicum

miſce.

SCD Lyon 1

miſce, fiat bolus qui detur in die electa mane cum cuſtodia per ſe vel diſſoluendo in aquis graminis acetoſæ, deinde.

*Iulep.*

℞. Syr. de end. compoſ. & oxiſaccharæ compoſ. an. ℥ iii. ſyr. conſ. cortic. citri, ℥. ii. aquar. cap. ven. gram. & end. an. ℥. v. miſce, fiat iulep. clarificatum pro quatuor doſibus incipiendo poſt minoratiui aſſumptionem.

*Tabella.*

℞. Electuar. roſatæ nouellæ, ℥. j. capiat tab. j. poſt quamlibet ſyrupi aſſumptionem, & nota quod debes continuare digeſtiua, quouſq; appareant ſigna concoctionis manifeſta, deinde poteris purgare per ſequentem modum.

*Potio.*

℞. Agar. opt. in mellicrato infuſi per diem naturalem, ʒ. j. ß. zinziberis & ſalis gemmæ, an. gra. v. cathol. ʒ vi. ſyr. roſar. ſol. ex infuſione roſar. ſine ſcammonio. ℥ j. ß. aqu. gram. capil. ven. & mentæ, an. q. ſ. miſce, fiat potio, quæ detur poſt vſum ſyruporum in die electa mane cum optima cuſtodia, deinde:

*Bolus.*

℞. pulu. diambræ & diarrhod. abb. an. ℈. j. conſer. flor. ſtœcad. & cortic. citri cum


SCD Lyon 1

ſaccharo conditi. an. ʒ. j. ſacchari albiſſ. modicum, miſce, fiat Bolus, qui detur poſt diem medicamenti cum ſequentibus aquis & differendo paſtum per tres horas.

℞. Aquar. gram. fœnic. & bugloſſ. an ℥. j. miſce quibus vtatur vt dictum eſt.

*Et nota quod in hac febre tientia vomitum poſſunt etiam conducere. Quocirca in principio acceſſionis ſi inſit nauſea vel faſtidium poteris dare vomitorium ſequentis deſcriptionis.*

*Potio vomitoria.*

℞. Oximellis ſimpl. ex aceto fortiſſimo ℥. ii. aquæ raphani ℥. iiii. miſce, fiat potio tepida quæ detur tempore nauſeæ, & deinceps ad horam immittatur digitus, & vomitus prouocetur.

*Nota præterea in hac febre laborantes infeſtari ſiti, quæ tamen ſedanda non eſt potione frigida, ſed potius calida, vt faciebat Gordionius.*

*Nota ſimiliter quod hiſce febribus phlegmaticis ſolet in acceſſionibus accidere animi deliquium quod corrigi debet per frictiones, ligaturas, & cæteris id genus quæ poſſunt auertere humores: Quòd ſi vinum dare cogamur, illud erit robuſtum & perquam generoſum: ab eo enim ſymptomate vocatæ ſunt ſyncopales humoroſæ, in quibus prouidentiſſimum oportet eſſe medicum. Porrò hæ febres reſpondent febribus continuis procedentibus à materia phlegmatica, quæ*

ſi a-

SCD Lyon 1

*ſi aliquando emergant, cautiùs erunt curandæ, eo quod maius immineat periculum.*

*Nota ſimiliter ex pituita ſalſa ſimul & putreſcente in regionibus propinquis cordi poteſt generari cauſus omnino aduerſus illi, qui fit à bile ſincera & flaua, in hoc enim ingens eſt ſitis, ſed exigua caliditas: præterea ſolent eſſe anguſtiæ vehementes propter nequitiam humoris, nec breuiter liberantur ab hiſce cauſis: quia à pituita eos perpetiuntur.*

*Eſt præterea febris procedens à pituita craſſa, ſimul & viſcida, quæ multa longaque coctione eget, nec debet in principio euacuari. Si tamen tibi veniat curanda, facies per ſequentem modum, dando clyſterem ſi aluus ſit aſtricta, fiat clyſter, vt ſupra qui reiterari poterit ſi aluus fuerit aſtricta: ſi apparuerint ſigna concoctionis poteris addere benedictæ, ℥. ſ. vel diaphœn tantumdem & cætera quæ habent vim purgandi pituitam.*

*Si autem velis dare minoratiuum vt ea duntaxat ſoluantur, quæ continentur in inteſtinis, poteris facere per ſequentem modum.*

*Bolus.*

Recipe, cathol. ℥. x. ſacchari modicum, miſce, fiat bolus qui detur in die electa, de mane cum cuſtodia per ſe vel diſſoluendo in decocto foliorum mercurial. recentium poſtea.



SCD Lyon 1

*Iulepus*

℞.ſyr.de end.compoſiti,& compoſiti acetoſi.an.℥.ii.ß.mellis roſ & ſyr.capill. ven. an. ℥.j.ß aquar.fœnic apii,& gram. an. ℥. v. miſce, fiat iulep. clarific. & arom. cum interioris cinamomi electi,ʒ.ii.pul. roſatæ nouellæ, & pulu. diambræ, an. ʒ. ß. pro quatuor doſibus de manè incipiendo poſt minoratiui aſſumptionem. Et nota quod hic ſyrupus digeſtiuus debet longiori tempore continuari, quum in tam breui tempore humor craſſus & viſcidus minimè tenuari & diſſecari poterit, potro vbi concocta tibi videbitur eſſe materia, poteris dare pharmacum ſequentis deſcriptionis.

*Potio.*

℞.trium flor. communium, an. p.j. quatuor ſemin.frig.maior.contuſ.an.ʒ.j.ſem. aniſi,maratri,apii & petroſelini,an.ʒ.ß.paſſul. à gigartis mundat.par.x.polipodii querni recentis,glyc.raſæ,an.ʒ.vi.medul. ſem.carthami,ʒ.iii.flor.geniſtæ & cicerum rub.an.p. ii. rad.aſari,ʒ.ii.fiat decoctio ad℥.iiii.in colatura diſſolue diaphœnici, ℥. ſ. electuar. diacarthami,ʒ.ii.ſyrup.cap.ven.℥.j. fiat potio,quæ detur poſt vſum ſyrupor. in die electa, manè cum cuſtodia, & apparentibus ſignis coctionis,poteris ſimiliter dare diaturbith.& cętera

id

SCD Lyon 1

id genus quæ valenter humorem pituitoſum extrahunt, poſtea:

*Bolus.*

℞. pul. diambræ & roſatæ nouellæ an. ℈. j. conſ. flor. ſtœcad. & cap. ven. an. ʒ. j. ſacchari albiſſ. modicum, miſce, fiat bolus, qui detur die ſequenti manè, cum ſequentibus aquis.

℞. aquar. hyſſopi, cap. ven. & fœnic. an. ℥. j ß. miſce, quibus vtatur vt dictum eſt.

*Nota ſimiliter quod vix vnica purgatione poterit hic humor purgari: ſed reiteranda eſt per ea interualla, quibus natura ferre medicamentum incolumiter poſſit. Præterea roborandus eſt ventriculus vt in ſuperioribus dictum eſt, & concoctio maximè procuranda adhibenduſque victus qui attenuandi vim habeat.*

*Similiter febris facta à pituita minime ſalſa, quæ latica appellatur, habetque maximam conuenientiam cum hectica, & medici parum exercitati ſæpiſſime exiſtimant febrem hecticam eſſe, cùm non ſit ea re vera: namque ſua habet diſcrimina, quæ ſunt peritis medicis nota, & ea collige ex differentiis febrium & notis earundem, ſed potiſſimum diſcrimen eſt quòd eſſentia caloris in hectica eſt ſemper cum ſqualiditate coniuncta, in aliis verò, nempe patientibus laticam febrem videtur eſſe calor fuliginoſus.*

*Quocirca ſi eam febrem curandam ſuſceperis,*



SCD Lyon 1

*procedendum per enemata ſi aluus ſit aſtricta, qualia ſunt multa præſcripta, datoque* ωπεργα-γον, *& poſtea concoquito humorem, ſecundum eius propriam naturam, & poteris poſtea purgare per ſequentem modum, vbi apparuerint ſigna concoctionis.*

*Potio.*

℞. agarici optime in oximellite ſcillitico. infuſi, ʒ.ii. zinziberis & ſalis gemmæ, an. gr. vi. elect. de citro ſolut. ʒ.iii. ſyr. cap. ven. ℥.ſ. aquar. gram. fœnic. end. an. q.ſ. miſce, fiat potio quæ detur in die electa mane cum decenti cuſtodia poſt vſum ſyruporum.

*In cæteris regatur perinde ac aliæ febres phlegmaticæ, hoc tamen habito in maxima, quòd continua ſit propterea maiore procuratione indiget: fiant frictiones & cætera id genus quæ poſſunt his humorem pituitoſum excutere.*

*Febres lipireæ* ἠπίαλοι *& nocturnæ maxima ex parte etiam à pituita prodeunt, nec aliam ſubeunt curandi rationem, modo nos proſpexerimus ſemper ſymptomatibus quæ vim cauſarum habent, ad quæ attentiſſimum oportet eſſe medicum.*

Et hæc de phlegmaticis ſufficiant.

## CAPVT VI.

### *De Febribus à Melancholia.*

F*Ebrium melancholicarum duæ ſunt differentiæ primæ, alia enim ſunt intermittentes, aliæ* con-

SCD Lyon 1

*continuæ, quæ illi proportione reſpondent, & intermittentiũ aliæ ſunt ab humore melancholico puro, & non ab alio humore genitratæ, aliæ ſunt ex atra bile aliunde genitæ, nempe à flaua bile aut alio humore curanda igitur febris quartana, quæ eſt ab humore melancholico genuino per ſequentem modum, primò ſi aluus ſit aſtricta.*

*Clyſter.*

℞. decoctionis communis clyſteris, quatuor quinque, & in ea diſſolue catho. & diaſenn. ſol. an. ʒ. vi. mell. viol. & ſucci mercur. an. ℥. ſ. olei viol. ℥. j. fiat clyſter qui detur, vt dictum eſt. *Et nota quod reiterari poterit ſemel vel bis in hebdomada, mane ſi aluus fuerit dura poſtridie ab aſſumpto clyſtere, modò non ſit dies acceſſionis poterit dari minorans ſequentis deſcriptionis.*

*Minorans.*

℞. diaſen. ſol. ſine ſcammonio, ʒ. vi. catholici, ℥. ſ. ſyrup. cap. ven. ℥. j. decoctionis fol. mercurialis recentium q. ſ. miſce, fiat potio quæ detur in die electa mane cum cuſtodia, poterit autem poſtea parari per ſequentem modum.

*Iulep.*

Recipe, ſyrup. de end. compoſiti & de bugloſſo, an. ℥. iii. ſyr. cap. ven. & de ſcolopendr. an. ℥. ii. aquar. Borragin. Bugloſſ. & cap. ven. an. ℥. x. aquar. meliſſ. & ſcabioſ. an. ℥. ii. ſ.

SCD Lyon 1

miſce, fiat iulep.clariſi.&aromatiz.cum puluere electuar. de gemmis & diarhod. abb. an. ʒ. j. ß. pro ſex doſibus mane incipiendo poſt minoratiui aſſumptionem.

*Potio.*

℞.trium flor.communium, an p.j.quatuor ſem.frig.maior.contuſor.an.ʒ.j.ſem. aniſi & maratri & cuſcutę, an.ʒ.ß.paſſul.mundat.par. vi. polipod. querni recentis, glycirr. raſæ, follic.ſennæ Orient.mund.an.ʒ.iii.epithymi Cretenſis, ʒ. ii. flor. thymi, ʒ.ß.fiat decoctio ad ℥.iiii.& in colatura diſſolue diaſennæ ſol. ʒ.vi.confect. hamec.ʒ.iii.ſyr.cap, ven.℥.j.miſce, fiat potio, quæ detur poſt vſum ſyrupor. in die electa mane cum cuſtodia, deinde:

℞.pulu.elect.de gemmis & diarrhod.abb. an.℈.j.confer.rad.bugl.& capil.ven. an. ʒ. j. ſacchari albiſſ. modicum, miſce, fiat bolus, qui detur poſt diem medicamenti cum ſequentibus aquis.

℞.aq.capill.ven.borrag.& bugloſſ.an.℥. j. ß.miſce, quibus vtatur vt dictum eſt.

*Et nota quod in hac febre debemus ſemper proſpicere ne obſtruatur lien, quocirca poteris hoc vnguento vti.*

℞.olei de capparib. tamariſc. & de fraxino, an.℥.iii.olei lilior & de abſynthio an.℥. j. ß. gummi ammoniaci recentiſſimi & diſſoluti in aceto, bdellii pariter recentiſſimi &

co-

SCD Lyon 1

demmodo in aceto ſcillitico diſſoluti, an. ℥. j. ſem. viticis, pul. iridis, fol. & flor. chamæmel. ſubtiliſſimè tritorum, an. ʒ iii. ceræ citrinæ, q. ſ. miſce, fiat vnguentum in duplici vaſe quo inungatur regio lienis ſiniſtri præcordii.

*Adde inſuper hanc febrem non eſſe contentam vnica purgatione, nec etiam poteſt breuiter peccans humor concoqui eo quod craſſus & fæculentus ſit, propterea aſſueti ſumus recurrere ad apozemata quæ ſunt ſimilis deſcriptionis.*

℞. rad. ruſci, aſparagi & gram. temperatar. in vino albo per diem naturalem, an. ℥. j. cort. rad. capp. mediani, corticis fraxini, & tamariſci, an. ℥. ß. herbar. capillar. bugloſſ. cum propriis radicibus, borrag. cum rad. cichorii end. ſcabioſæ, & meliſſæ, an. m. j. fol. chamæd. chamep. & mercurial. an. m. ß. quatuor ſem. frig. maior. contuſ. an. ℥. ß. aniſi & maratri, an. ʒ. j. ſem. cuſcutæ & viticis, an. ʒ. ii. paſſul. à gigartis mundatarum & caricarum pinguium, an. par. vi. polipod. querni recentis, glycir. raſæ & follic. ſennæ Orient. mundat. an. 4. ß. epithymi Cretenſis ʒ. vi. flor. thymi ℥. ß. flor. geniſtæ, ſtœcados & cicerum nigror. an. p. ii. trium flor. communium, an. p. j. fiat decoctio ad ℔. ii. & in colatura diſſolue ſyrupi cap. ven. & de bugloſſ. an. ℥. iii. ſacchari ℥. iiii.

SCD Lyon 1

fiat apozema, mediæ decoctionis clatificatũ & aromatizatum cum pulu.elect.de gemmis & diamargar.frigid.an ℥.j. ſ. pro ſex doſibus da mane incipiendo in progreſſu morbi & præcedente clyſtere, & cauendo à die acceſſionis, deinde

℞.diaſen.ſol.℥.vi. confect. hamech. & electuar.de citro ſol. an. ℥. ii. ſyrup. cap. ven. ℥. j.decoctionis præſcripti apozematis,q.ſ. miſce, fiat potio, quæ detur poſt vſum apozematum in die electa mane cum cuſtodia, deinde:

℞.pul.elect.diarrhod.abb.℈.j.conſ. capil. ven.& conſ.flor.borrag.an.℥.j.ſacchari albiſſimi modicum, miſce, fiat bolus qui detur poſt diem medicamenti cum ſequentibus aquis.

℞. aquar. Borrag. cap. ven. & Bugloſſi,an.℥. j. ß. miſce, quibus vtatur, vt dictum eſt.

*Et nota quod non eſt diu perſiſtendum in illis purgantibus: corpus enim imbecillius redderetur, & coctio humoris impediretur, Eſt enim purgatio coctioni contraria, itaque melius eſt expectare ſigna coctionis, quæ dum apparebunt, purgandum eſt corpus propriis medicamentis, dandaque poſtea theriaca antiqua ex doctrina Gal. continuandique ſunt clyſteres, in quibus vtiliſſimum eſt ponere ſuccum mercurialis, vtendumque*

*que*

SCD Lyon 1

*que ſemper frictionibus tempore matutino, vt continuò diſcutiatur vitiatus humor, præterea ſudores ſunt diligenter abſtergendi exſiccandique, ſi qui ſunt, & quia ſolet in principio acceſſionis rigor vehemens ægrotantes infeſtare optimum erit, vt ſi quandoille permoleſtus ſit, vt ante acceſſionem inungatur regio ſpinalis medullæ à ceruice ad caudam vſque ſequenti vnguento vel ſimili.*

℞. Olei keirini & irini, an. ℥. iii. olei de ſpica ſeu nardini, ℥. iiii. piperis albi & euphorbii tenuiſſime tritorum, an. ℥. ſ. ſtyracis calamitæ & ladani puriſſimi, an. ʒ. vi. ceræ citrinæ, ℥. ii. miſce, fiat vnguentum, quo inungatur regio ſpinæ duabus horis ante acceſſionem, vt dictum eſt: poſſunt ſimiliter fieri ſequentia decocta.

℞. fol. origani, tragorigani calament. puleg. hyſſop. ſerpill. & ſatureiæ, an. m. j. flor. chamæmeli, meliloti & ſambuci. an. p. iii. fiat decoctio in vino & ex decocto feruenti impleantur cucurbitæ tres, quarum duæ lateribus apponantur & tres pedibus vt vaporem calidum perſentiſcat.

*Solet etiam dari ſuccus Cyrenaicus ad quantitatem fabæ quod non adeò tutum exiſtimo, nec fieri debet, niſi quando morbus eſt in vigore & appareant manifeſta ſigna coctionis quo tẽpore conceduntur alia, & cætera id genus, quæ nõ de-*

SCD Lyon 1

*bent, niſi à peritiſſimo Medico præſcribi. Et hæc ſufficiant de quartana, quæ eſt ex ſincera melancholia.*

*Alia autem quartana eſt, quæ ſolet fieri ex cõuerſione aliorum humorum, & quando v. g. bilis vitellina seu alia exaſſatur & vertitur in atrã bilem, inde putreſcit & quartanam efficit, pro qua oportet notare ſemper naturam bilis, quæ exuritur & vertitur in atram bilem: nam eo tẽpore non ſolũ concoquendus eſt humor atrabiliarius, ſed etiam is ex quo generatur atque etiam vterque generãdus. Si igitur ſyncera bilis ſeu vitellina, quæ à Galeno deſcribitur, vertatur in atram bilem, & quartanam efficit, procedes per ſequentem modum ſi aluus ſit aſtricta.*

℞. decoctionis communis clyſteris in aqua hordei 4. v. in quibus diſſolue catho. & medullæ caſſiæ recenter extract. an. ʒ. vi. mellis viol. & ſucci mercur. an. 4. ß. olei viol. ℥. iii. fiat clyſter. qui detur vt dictum eſt.

℞ medull. caſſ. nunc extractæ, ʒ. v. cathol. & diaſenn. ſol. an. ʒ. ii. ß. ſacc. albiſſ. modicum, miſce, fiat bolus, qui detur in die electa manè cum cuſtodia, ex ſe vel diſſoluendo in aqua decoctionis fol. mercur. & acetoſæ, deinde:

℞ Syr. de end. comp. ℥. iiii. ſyr. cap. ven. & de bugloſſ. an. ℥. iii. aquæ fum. bugloſſ. & lupulor. an. ℥. v. aq. oxalid. & end. an. ℥.

ii.

SCD Lyon 1

ii. ſ. miſce, fiat iulep. clariſi. pro ſex doſib. de manè incipiendo poſt minoratiui aſſumptionem.

*Tabella.*

℞. electuarium diarrhod. abb. ℥. j. capiat tabellam j. poſt quamlibet ſyrup. aſſumptionem.

*Potio.*

℞. med. caſſiæ nunc extract. & diaſen. ſol. an. ʒ. iii. rhab. electi in aqua endiu per diem naturalem infuſi & expreſſi, ʒ. j. ß. interioris cinamomi electi gr. vii. confect. hamec. ʒ. ii. ſyr. cap. ven. ℥. j. aquar Bugl. & fum. an. q. ſ. miſce, fiat potio, quæ detur poſt vſum ſyrup. in die electa manè cum cuſtodia.

*Bolus.*

℞. pulu. triaſantali & diarrhod. abb. an. ℈. j. conſ. viol. & rad. bugloſſ. an. ʒ. j. ſacchari albiſſ. modicum, miſce, fiat bolus, qui detur poſt diem medicamenti cum ſequentibus aquis.

℞ aquar. fum. bugloſſ & acetoſæ, an. ℥. j. ß. miſce vtatur vt dictum eſt.

*Et nota quod hæc febris non ſolet eſſe contenta vnica purgatione quocirca in progreſſu reiterando clyſterem, quoties erit opus, nec non minoratiuum poterit præſcribi apozema ſequentis deſcriptionis.*

SCD Lyon 1

*Apozema.*

Recipe, rad. ruſci, aſparagi & gram. temperatarum in vino albo per diem naturalem, an. ℥. j. cort. rad. capp. median. cort. fraxini & tamariſci an. ℥. ſ. fol. fumar. ſummitatum lupul. aſparagorum, bugloſſ. & borrag. cum propriis rad. oxalid. cum rad. cichorii, end. & herbar. capil. an. m. j. fol. mercur. m. ii. quatuor ſeminum frig. maior. contuſorum, an ℥. ſ. ſeminis aniſi & maratri, an. ʒ. j. prunorum Damaſcenorum & paſſularum mundatarum, an. par. x. polipod. querni recentis, glycirr. raſæ, & folliculorum ſennæ Orient. mund. an. 4. ß. epithymi, ʒ. vi. flor. geniſtæ, ſtœcados, & cicerum nigrorum, an. p. ii. trium flor. communium, an. p. j. fiat decoctio ad ℔. ii. in colatura diſſolue ſyrupi de fumo terræ & end. compoſit. an. ℥. iii. ſyrup. cap. ven. & oxiſacchar. ſimplic. an. ℥. ii. fiat apozema mediæ decoctionis, clarific. & aromatiz. cum pulu. elect. triaſantali, ʒ. ii. pul. elect. de gemmis & diarrhod. abb. an. ʒ. j. pro ſex doſibus mane incipiendo poſt minoratiui aſſumpt.

*Potio.*

Recipe, medullæ caſſiæ nunc extractæ & cathol. an. ʒ. iii. rhabarb. electi in aqua end. per diem naturalem infuſi & expreſſi



SCD Lyon 1

ʒ. j. ß. interioris cinnamomi electi, eodem modo infuſi & expreſſi, gran. vii. electuar. decitio ſol. & confectionis hamech. an. ʒ. j. ſyr. viol. ℥. j. decoctionis præſcripti apozematis, q. ſ. miſce, fiat potio, quæ detur poſt vſum apozematis in die electa mane cum cuſtodia.

*Bolus.*

℞. pulu. elect. triaſant. ℈. j. pul. elect. de gemmis & diarrhod. abb. an. ℈. ſ. conſ. viol. & bugl. an. ʒ. j. ſacchari albiſſ. modicum, miſce, fiat bolus, qui detur poſt diem ſolutiui cum ſequentibus aquis.

℞. aquar. aceroſæ, bugloſſ. & fumar. an. ℥. j. ß. miſce, vtatur vt dictum eſt.

*Et nota quod in hac febre poteris etiam dare theriacam, vbi apparuerint ſigna cōcoctionis: ſed quæ debeat temperari cum conſerua florum cichorij aut viol. vel cæteris id genus. Reliqua autem ſymptomata erunt cum tertianis & quartanis communia; & ferè per eundem modum erit illis prouidendum.*

*Theriaca in quartana febre quando propinanda.*

*Si autē quartana ſit ex atrabile per aduſtionem bilis ſpuriæ, debet proſpicere medicus num atra bilis ſit tenuis an craſſa, & flaua bilis ſimiliter, & ſecundum conſiſtentiā cuiuſque debebit*



SCD Lyon 1

*magis aut minus attenuare aut diſſecare.*

Et hæc de Quartanis ſufficiant.

## CAPVT VII.

### *De Febre Peſtilenti.*

*FEbres peſtilentes habent duplicem tractandi modum, nam qui correpti ab illis non ſunt, præſeruari debent ſi cogãtur morari inter eos qui peſtilentia corripiuntur & degere in eodem aëre peſtilenti: vt igitur præſeruentur, dedit præceptum vniuerſale Galen. dum dicit corpora ſi quæ conſeruabantur humida, exſiccabamus: notum enim eſt ſiccitatem putrefactioni reſiſtere, propterea dantur catapotia Ruffi Epheſii, quæ poſſunt in hunc modum præcautionis gratia præſcribi hyeme*

*Pillulæ ad præcautionem peſtilentiæ.*

℞. aloës ſuccotrinæ electæ, ℥.j. myrrhæ opt.℥.ß. gummi Ammon. recentis ʒ.ii. croci, ʒ j. malaxentur ſimul cum melle roſato colato, fiat maſſa pillular. ex qua formentur pill. vii. pro ʒ. de quibus capiat tres ſemel in hebdomada poſt primum ſomnum, vel tempore matutino.

*Et nota quod vehementer ſoluentia dari non debent tempore peſtilentiæ, eo quòd humores turbent, confundant & concoctionem impediant. Porrò æſtate, in bilioſis præſertim, laudare tri-*

*pheram*

SCD Lyon 1

*pheram perſicam, vel mixturam ſequentis deſcriptionis.*

*Opiata.*

℞. medull. caſſ. recenter à canna extractæ & diaprun. ſimplicis, an ℥.j ß. tamarind. elect. ℥.j. rhabar. opt. in aqua end. quouſque molleſcat infuſi, ℥.ß. interioris cinnamom. electi, ʒ.ß miſce, & cum ſyrup. roſar. ſol. reduc in formam opiatæ de qua capiat ſemel in hebdomada circiter, ℥.j per ſe vel diſſoluendo in aq. bugl. & acet. Poteſt præterea præſcribi mixtura ſequentis deſcriptionis.

*Opiata pro tempore peſtilentiæ.*

℞. granor. iuniperi nigror. & infuſor. in aceto ſcillitico per diem naturalem ℥ ß. ſem. acetoſæ, portul. & end. an. ʒ. ii. ſem. citri mund. & card. ben. an. ʒ iii. rad. gentianæ, tormentill. & radicis herbæ tunicis an. ℥. j. ß. zedoariæ, gariophillor. infuſor. in aceto roſato, an. ʒ ii. margaritarum elect. raſ. eboris, & oſſis de corde cerui, an. ℈. iiii. been. albi & rub. an. ℈. ii. pul. omnium ſantalor. an. ʒ. ß. fragment. quinque lapidum pretioſ. an. ℈. j. conſ. viol. cap. ven. & rad. bugloſſ. an. ʒ. j. conſ. nympheæ, & corticis citri cum ſaccharo conditi, an. ℥. ß. miſce, & cum ſyrup. de limonibus aut de acetoſitate citri reduc in formam opiatæ, de qua



SCD Lyon 1

capiat ſingulis matutinis ad quantitatem nucis & differat paſtum per duas horas aut amplius.

*Poſſunt item præſcribi paſtilli qui teneantur in ore, poſſunt præterea deferri odorata, quæ poma ambræ vocantur, item ſuffitus ex rebus calidis & odoratis, idque præſertim hyeme & in tempore frigido. Cauendum eſt ab omnibus motibus, tàm corporis quàm animæ qui poſſunt repentè corpus calfacere.*

Et hæc ſufficiant pro præſeruatione à peſtilentia.

*Nunc de curatione.*

Vbi accedis ad aliquem qui febrem peſtilentem perpetiatur, primùm proſpicere debes, num febris illa ſit ex carbone & phlegmone in emunctoriis, deinde debes ſimiliter proſpicere, an vis ſit imbecilla, necne, & ſi notæ omnino ſint malæ: malæ enim ſemper pernitiem ſignificant, bonæ non ſemper ſalutem. Dixit enim Auicē. fen. 1. 4. tractatu de febr. peſtilent. quod patiens ſæpè cum bono pulſu & bona vrina tendit ad mortem, quocirca conſideratum oportet eſſe Medicum antequam curationem aggrediatur. Si igitur ſit febris peſtilens cum carbone, carbonemque ſequatur phlegmone in emunctoriis, ſit præterea vocatus circa initia, primò

inditò

SCD Lyon 1

indito clyſtere deſcriptionis prius in tertianis appoſitæ.

Quo deiecto ſi cætera conſentiant, auerte per ſanguinis miſſionem κατ' ἴξιν, vt voluit Hippocrates. Nec credendum illis ſentio, qui diiudicant miſſionem ſanguinis fieri ex parte laborante, tantiſper dum humor eſt in fluxu, ſi enim tumor conſtiterit per partem propinquiſſimam, vacuatio fit optima & facillima, vbi autem facta fuerit ſanguinis miſſio, quæ minimè debet fieri ad animi deliquium vſque ad imbecillitatem virium, poteris dare purgatiuum ſequentis deſcriptionis.

*Potio.*

℞.trium florum commun.an.p.j. quatuor ſem.frigid.maior.contuſ.an.ʒ.j.ſeminis aniſi & maratri, an.ʒ ß.pomorum dulcium, & paſſularum à gigartis mundatarum, par. vi. pulpæ tamarindorum electorum, ʒ.vi.fiat decoctio ad ℥.iiii.& in colatura diſſolue tripheræ perſicæ, ʒ. vi. rhabar. electi in aqua endiuiæ per diem naturalem infuſi & expreſſi, ʒ. ii. interioris cinnamomi electi eodem modo infuſi & expreſſi, ℈. ß. ſyrup. viol. ℥. ß. fiat potio, quæ detur die ſequenti manè cum cuſtodia.

*Et nota quod ſi nolis dare rhabarbarũ, poteris*



SCD Lyon 1

*minoratiui loco facere per ſequentem modum.*

*Bolus.*

℞.thipheræ perſicæ, ℥. v. medull. caſſ. recent.extract.& diaprun.ſimpl.an.ʒ.ii. ß. ſacchari albiſſimi modicum, miſce, fiat bolus qui detur in die electa de mane cum cuſtodia per ſe vel diſſoluendo in aquis bugloſſi & oxalidis infuſionis tamarindorum.

Nec debet quiſpiam mirari quod tam imbecilla præbeamus medicamenta, cum vires propter venenum etiam ab initio celerrimè proſternantur, vt mirandum etiam non eſt, ſi demus ea quæ potiùs extrahunt bilem è ſanguine, quàm alios humores, cùm ſanguis omnis dum efferueſcit ſubeat naturam bilis ſecundum partes tenues, cùm partes craſſæ etiam maximè induant caliditatem extraneam & putredinalem. Porrò dato minoratiuo poteris præſcribere ſyrupum concoquentem ſequentis deſcriptionis.

*Iulep*

℞.ſyr.de end.compoſ.& oxiſacchar. ſimplicis, an ℥.ii. ß ſyr.limon.& de aceroſitate citri, an.℥ j.ſ.aquar. oxalidis, morſus diab. an. ℥ vi. miſce, fiat iulep. clarificatum pro quatuor doſibus de mane incipiendo poſt minoratiui aſſumpt. deinde:

*Potio.*

SCD Lyon 1

*Potio.*

℞.rhabar.opt.in aqua end.per diem naturalem infuſi & expreſſi,ʒ.ii.interioris cinnamomi electi eodē modo infuſi, ℈.ſ.tripheræ perſicæ,ʒ.vi.ſyr.roſar.ſol.ex infuſione roſarum ſine ſcammon.℥.j.ſ. miſce, fiat potio, quæ detur poſt vſum ſyruporum in die electa de manè cum cuſtodia.

*Bolus.*

℞.pulu.elect.diamarg.frig.℈.j.pulu.elect.de gemmis &triaſantal.an.℈.ſ.conſ.flor.cichor.& roſar.an.ʒ.j.ſacchari albiſſ. modicum, miſce, fiat bolus qui detur poſt diem medicinæ cum ſequentibus aquis.

℞ aquarum oxalid.bugloſſ.& nympheæ, an.℥.j ſ.miſce,quibus vtatur vt dictum eſt.

*Et nota quod ferè ſemper hæ febres peſtilentes ſunt coniunctæ cum virium imbecillitate & cum frequentib. lypothymijs, quocirca ſiue dormiat æger,ſiue non dormiat, optimum erit vti ſequenti remedio per ſequentem modum.*

*Potio.*

℞. pulu. elect. diamargar. frigid. ℈. ii. pulu. elect. de gemmis triaſantal. an. ℈. j. confect. alkerm. ʒ. ſ. ſyrup. limon. ℥ j. aquarum acetoſ. & bugloſſ. an. q. ſ. ſi autem dormire non poſſit, dab s loco ſyrupi



SCD Lyon 1

limonum, ſyrupi de papau. ℥ j. vel ℥. j. ß. & adde ſyrup. limonum vel de aceroſitate citri, ℥. ß. Præterea poteris vti reſtauratiuo ſequenti.

*Reſtaurans in peſtilentiæ tempore.*

℞. pulu. diamargar. frigid, ℥. ß. puluer. electi de gemmis & diarrhod. abbat. an. ʒ. ii. miſce, & cum carnibus capi euiſcerati mundatiſque à pinguedine & pelle lotis cum aqua roſarum oxalidis & bugloſſ. fiat inſtaurati-uum quod coquatur in balneo Mariæ per ſpatium ſex vel ſeptem horarum, de quo capiat cochlearia aliquot per ſe vel in iuſculo pro roborando corde.

*Solet etiam fieri epithema ſequentis deſcriptionis.*

*Epithema in peſte.*

℞. fragmentorum quinque lapidum pretioſorum, ad. ʒ. j. pulu. omnium ſantalorum, an. ʒ. j. ß. granor. alkerm. ℈. iiii. oſſis de corde cerui, raſuræ eboris & margaritarum electarum, an. ℈. ii. trochiſcorum de camphora, ʒ. ß. aquarum bugloſſ. nenupharis & roſarum, an. ℥. v. aceti roſati, ℥. j. ß. miſce, fiat epithema, in quo infundatur panni tincti in granis alkermes, & tepidè cordi applicetur, renouando quoties erit opus. Super carbonem nihil eſt melius, quàm apponere ab initio Galeni remedia, quorum alterum.

*Em-*

SCD Lyon 1

*Emplaſtrum.*

℞. troch. *Celſ. lib. 6.c.*14. Andronii (conſtant ex alumine, ſquama æris rubri, attramēto, galla) an. ℥. j. diſſol. in ſapa ſeu in vino co-cto, & reduc in formam mellis, fiat emplaſtrum quod apponatur ſuper locum vlceris. Et quoniam illi trochiſci rarò præparati reperiuntur, ſolent vti Chirurgi loco illorum trochiſcorum aſphodelorum, quos appellāt trochiſcos de aſphodolis, qui poſſunt applicari per eundem modum, qui ſi præparati minimè reperiantur, ſolent vti ruptorio ſequenti.

*Ruptorium.*

℞. Calcis viuæ & non extinctæ, ℥. j. ſaponis mollis, q. ſ. formetur in formam vnguenti ſolidi, & fiat emplaſtrum in formam vlceris, & ſuper vlcus applicetur.

*Non laudo quod chirurgi imperiti faciūt, qui cū prædicto emplaſtro addunt argentum viuum, ſublimatū, quoniam in vniuerſim corpus operatur: teſtimonio ſunt qui patiūtur morbū neapolitanum, qui ſi applicarent illud circa partem aliquam, largum mittunt ſputum, prætereà gingiuæ inflammantur, quocirca illud apponendum nuſquam cenſuerim in diſpoſitione febrili, loco*

SCD Lyon 1

*eius tamen poni poteſt calcantum, vel calcytis, vel cætera id genus: vt melantheria, pſori, miſy.*

*Porrò in circuitu vlceris non debet poni vnguentum de rubrica fabrili, quod appellant de bolo, cùm bolum armen. minimè habeamus, ſed eius loco debet poni cataplaſma de arnogl. quod poteſt fieri per ſequentem modum.*

*Cacaplaſma de arnogl. pro carbunculo.*

℞. fol. plantag. m. iii. farinæ lentium, ℔. j. ſ. medull. panis domeſtici qui nec omnino furfuraceus ſit, nec omnino furfuris expers ℔. j. contundantur omnia ſimul & coquantur in aqua fontis laudatiſſimi & fiat cataplaſma quod partibus circumiacentibus carbunculo applicetur, quæ inflammationem ſentiunt.

*Et in hac cura debes procedere tantiſper dum perdurabit inflammatio, vbi autem eſchara erit omnino exuſta, tunc eſt procurandus eius caſus per ſequentem modum.*

℞. butyri non ſaliti, ℥. iii. vitellos ouorum. n. iii. reducantur in formam vnguenti, quod ſuper eſcharam apponatur, poſtea curetur vt vlcus putridum, diligenter abſtergendo; & in ea re tenet principatum Mundificatiuum de Apio, quod vocant, cuius forma talis eſt.

*Mun-*

SCD Lyon 1

*Mundificatiuum de apio.*

℞. ſucci folior. apii depurati ℔ j. ſucci abſynthii, plantag. & craſſulæ ſiue teucrii an.℥.iiii.thuris,maſtich.myrrhç,an.℥.ii.therebent.abietis ℥. iiii. farinæ hordei fabar. & orob.an.℥.iii.ſ.mellis optimi ℔. j. ſ. coquantur ſimul ad ſpiſſitudinem mellis, vtatur vt dictum eſt.

Hactenus de formâ curationis febrium. Quod ſupereſt, Deum Optimum Maximum oro, vt ſtudia & conſilia noſtra benè fortunet; vt in hoc noſtro vitæ genere hominibus opitulari poſſimus.

*Aeterno, ſoli ſapienti, & cuncta regenti,*
*Laus in perpetuum, gloria, ſanctus honos.*

FINIS LIBRI QVARTI.

SCD Lyon 1

SCD Lyon 1

# TRACTATVS DE MEDICAMENTIS TVM SIMPLICIBVS TVM COMPOSITIS ADVERſus morbos, tum ſimplices, tum compoſitos quibus medici vtuntur, atque de ipſorum doſibus, in gratiam eorum qui praxim adeunt.

*In plures claſſes digeſti.*

## CLASSIS PRIMA.

CONTINET hæc prima claſſis medicamenta ſimplicia & compoſita bilem flauam purgantia, & eorum doſes præſcribens. Corpora enim perfecte ſana nequaquam ſunt purganda propter purgationis difficultatem, quæ varia incommoda adfert, cuiuſmodi ſunt dolor ventriculi,

SCD Lyon 1

morſuſcordis, tormina inteſtinorum, vomitus, vertigo, lypothimia, ſyncope. Contra vero corpora imperfectè ſana, ſunt purganda quo natura iuuari & ſubleuari poſſit, à præſente ſpontanea laſſitudine, reliquiis morbi præcedentis, habitu athletico, cacochimia, à morbo per interualla incurrente. Purgantur autem commodè verno tempore omnes humores, ſed maxime bilioſi & ſeroſi, autumnali verò pituitoſi & melancholici præcipuè.

*Medicamenta ſimplicia bilem flauam purgantia.*

Caſſia datur ab ℥.ß, ad ℥.j.ß. Aloe datur in ſubſtantia à ʒ. ß. ad ʒ. ii. in infuſione verò à ʒ.ß ad ʒ.iii. Pruna damaſcen. dulc. dantur ab ℥.j. ad ℥.iii. Manna datur ab ℥.j. ad ℥.ii. Tamarindi dantur ab ℥.ß. ad ℥.ii. Myrabolani citrini dantur in infuſione à ʒ.j. ad ʒ. iii. in ſubſtantia verò à ʒ.ß. ad ʒ.ii. ſuccus vel infuſio roſ. ab ℥.ß. ad ℥.ii. rhabarb. in infuſione à ʒ.ß. ad ʒ.iii. in ſubſtantia à ʒ.ß. ad ʒ.ii. Therebint. à ʒ.ii. ad ʒ.iiii. ſcammonium ſeu diagridium à gr.iiii. ad gr.vii.

*Medicamenta compoſita flauam bilem purgantia.*

Electuarium catholicum & diaprunor. ſolut. dantur à ʒ. ii. ad ℥.j. ß. electuarium

de

SCD Lyon 1

